



# Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>




This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



8° BS. J. 271.

Please see attached  
issues which  
entered.



*ΚΤΗΣΙΟΥ ΤΟΥ ΚΝΙΔΙΟΥ*  
*ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.*

---

**CTESIAE CNIDII**  
**QUAE SUPERSUNT.**

---

N U N C  
PRIMUM SEORSUM  
EMENDATIUS ATQUE AUCTIONE EDITA.

C U M  
INTERPRETATIONE LATINA  
HENRICI STEPHANI ALIORUMQUE

E T  
ANNOTATIONIBUS  
HENRICI STEPHANI, HOESCHELII, SCHOTTI,  
GRONOVII, ALIORUMQUE,

QUIBUS SUAS ATQUE INDICES COPIOSISSIMOS

A D I E C I T  
A L B E R T U S L I O N ,

PHIL. DR. ET IN ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA PRIVATIM  
DOCENS,

---

G O T T I N G A E  
APUD VANDENHOECK ET RUPRECHT.  
M D C C C X X I I I .



**VIRO CLARISSIMO**  
**IOANNI HENRICO CHR. HAUSS,**

**IURECONSULTO DOCTISSIMO ATQUE PERITISSIMO,**  
**PRAEFECTO DUDERSTADIENSI, HOC TEMPORE UNUS EX IIS,**  
**QUIBUS PROVINCIA TRIBUTORUM**  
**IN REGNO HANNOVERANO ORDINANDORUM DEMANDATA EST,**

**FAUTORI SUO BENIGNISSIMO**

**MIRIFICIS BENEFICIIS**

**ATQUE**

**SAPIENTISSIMIS CONSILIIS DE SE MERITISSIMO**


**HANC CITESIAE EDITIONEM**

**GRATI ANIMI DOCUMENTUM ESSE**

**VOLUIT**

**EDITOR.**





---

# LECTORI BENEVOLO

## ATQUE ERUDITO.

---

**S**upervacaneum profecto foret, multis si edendi Ctesiae historiarum scriptoris celeberrimi consilium excusare atque defendere vellem. Nulla enim adhuc eorum, quae Ctesias reliquit, quaeque nobis fortuna adversa non invidit scripta, editio exstat, qua facile commodeque utaris. Excerpta a Photio patriarcha facta, et fragmenta, a scriptoribus veteribus passim servata, in Herodoti historiarum editionibus, iisque, quae forma sunt chartarum maxima, in folio quod dicunt, leguntur. Una est Borheckii Herodoti minori forma editio, in qua Ctesiae quae fere supersunt prostant. At ista non cuivis praesto est, nec, qui lubenter hunc librum, nulla sese virtute commendantem, comparare sibi velit, quemquam fore credo. Iam accedit, quod Ctesiae fragmenta in illis, quas dixi, editionibus non ita legebantur, ut cum fructu iis uteris. Alia enim prorsus deerant, quae iamiam ceteris adiungenda erant; (ea, quae equidem addidi, uncis inclusa videbis.) Alia non tota ex scriptoribus, unde hausta sunt, ex-

cerpta erant; quae igitur deficiebant, erant supplenda. Alia malis scriptorum editionibus nitentur, et lectiones hoc tempore ex melioribus editionibus melius constituere licebat. Postremo omnia fere, et Fragmenta et Excerpta, interpretatione idonea, quae aliqua ex parte satisfaceret, egebant. His omnibus, quantum pro viribus meis potui, mederi conatus sum. — Ut de fragmentis pauca addam, hoc in illis edendis supplendisque consilium secutus sum, ut, id quod priores quoque editores fecerunt, (v. *Fragmm. Pers. XX. Ind. IX.* quae eo loco praefatus est Gronov.) ea tantum, a paucis si discesseris, reciperem, quae nomen Ctesiae additum haberent, reliquis fere omnibus, quae dubitationi sunt obnoxia, utrum a Ctesia profecta sint, nec ne, reiectis. Huc pertinent quae Ctesiam secuti enarrasse videntur Aristoteles, (v. ad *Fragm. I. XXXVI*, not. d. p. 253.) Nicolaus Damascenus, (de quo v. annotationes ad *Fr. P. XXVII. XXVIII.*) Diodorus Siculus, (qui quam multa ex Ctesia petierit, ostendit Heynius in commentationibus de Fontibus Diodori, pluribus locis.) Aelianus, (qui plurima de India relata Ctesiae debet, cuius nomen saepe laudavit, saepe vero omisisse videtur.) Antigonus Carystius, (v. *Fragmm. Varia XIV.* et ad *Fr. I. XLV.*) Plinius maior, (qui Ctesiam saepenumero auctorem secutus [v. ad *Fr. I. XVII.*] nonnunquam fortasse nomen eius omisit.) Solinus, (qui, Plinium imitatus, Ctesiam etiam secutus est, quem tamen ante oculos non habuisse videtur; v. *Indic. scriptorum.*) Strabo, Philostratus, Iustinus, alii. Ordinem fragmentorum, insertis idoneo fere loco novis fragmentis, eum

reliqui, qui adhuc servabatur, quamvis hic illic meliorem institui posse ordinem non nego; ut p. 288 sq. fragmentum, ex Antigono petum, alium locum rectius occuparet; nec non, quod post XXV. posui fragmentum Plinianum, aptiorem post XXIV. teneret locum; et quae sunt eiusmodi. Ceterum fragmenta ex Persicis statim Excerpta excipiunt, quemadmodum Excerpta Indicorum fragmenta, quum olim Excerpta et Persica et Indica fragmentis praepo-nerentur.

De contextis quae vocantur constituendis et de interpretatione quae dicam haec sunt. In Excerptis secutus sum optimas Photii editiones, quas quidem manibus terere mihi licuit, quae sunt Davidis Hoeschelii et Andreae Schotti, unde excerpti etiam varias quasdam lectiones adhuc neglectas. Codices Mscptos. conferre non potui \*). Praeterea quibus subsidiis usus sim, ex iis, quae ad Fabricii notitiam literariam et in annotationibus atque indice passim addidi, intelliges. Recentiorum VV. DD. emendationes quas adiungerem paucas tantum habui; pauci enim omnino Ctesiae excerpta legerunt, pauciores eo consilio legerunt, ut vitia emacularent, quod obiter tantum a quibusdam factum est. In annotationibus conscribendis ad id imprimis respexi, ut, quaecumque fere ad Ctesiam illustrandum facerent, Tibi praesto essent. Ad historiam quam tractat explicandam

---

\*) Quatuor Parisiis vidit Photii codd. *Ste-Croix*, in his Venetianum, quem pro antiquissimo et optimo habet. v. eius *Examen crit. des Hist. d'Alexandre le Gr.* p. 59. not. 3. ed. II. Quid de Photio omnino sentiendum sit, idem pronuntiat l. l. p. 753 sq. Add. *Heeren, Geschichte der Philol.* T. I. p. 124.

eos plerumque indicare, qui sedulo hoc egerunt, satis habui. Nolui enim ubique ipse inquirere in ipsam historiam et omnia investigare; quod longum erat.

Superest, ut de Ctesia ipso quaedam adiungam. Quam gravis utilisque sit scriptor ad historiam, Persarum maxime, cognoscendam, ab omnibus, qui eam attigerunt, probe est intellectum \*). Gravissimus omnium fere esset, atque locupletissimus scriptor, si totum eius opus superesset. Iam vero, si Excerptis istis et fragmentis etiam careremus, multa nobis vel obscura essent vel prorsus ignota. In Ctesiae quam dicunt fidem historicam ulterius inquirere si vellem, post tot aliorum VV. DD. conatus actum agerem. Hoc igitur loco ad ea Te ablegare sufficiat, quae infra a Stephano in disquisitione disputata sunt. Praeterea unum omnium instar addo locum Heynii ex commentatione de fontib. et auctorit. Historiar. Diodori (in commentatt. Societ. Gotting. V. 7. p. 77 sqq.). Verba haec sunt: „Subtiliore virorum doctorum iudicio satis diligenter fides Ctesiae eum in modum constituta est, ut, etsi fabulose multa, nonnulla forte in maius aucta, quam ipse acceperat, in physicis imprimis, et in Indicis, tradere potuerit, non tamen commentitia prorsus commemoravisse videri debeat. Scilicet ferebantur, ut apud ceteras gentes, sic inter populos orientis narrationes heroum veterum mythicae variis modis exornatae: in his nomina

---

\*) V. Heeren. l. l., in *Idcis* (cuius libri, quae paratur, nova editione uti mihi non licuit;) pl. II. et in *Commentatt. de Fontib. et Auctoritate Vitarum Parallel. Plutarchi* p. 94 sq. *Ste-Croix* l. l. p. 731.

clara, quae per Ninum, Semiramidem et sic porro reddita sunt: de his si commemoravit auditu et lectu accepta Ctesias, non erat cur fraudis factae ipse accusaretur. Potuere in iis esse multi multorum populorum etiam Indorum mythi in unum populum cumulati. Si haud pauca, ex eo quidem aliorum opera repetita, (nam si ipse Ctesias superstes foret, de multis expeditius iudicium foret) non satis conveniunt cum Herodoto et aliis: primum in rebus ex tam remota antiquitate repetitis et fama hominum per plures populos et aetates acceptis mirationem id non habet; tum nomina provinciarum, regum, satraparum permutata in multis turbas intulisse videntur: at Diodoro vitio dare licet hoc, quod in exscribendo Ctesiarum diligentem ac subtiliter versatur, in temporibus notandis imprimis negligentissimus; quodque idem narrationes diversorum scriptorum interdum adiunxit, nec tamen in causas dissensus ulla cura adhibita inquirere maluit. Aliorum iudicia de Ctesia eiusque fide reperies in Fabricii notitia. Accurate hanc rem tractarunt imprimis Veltheim in: *Vermischte Aufsätze* V. 2. p. 171. 267-271. et Weyrauch in: *Morgenstern Dörptische Beiträge* V. 2. p. 367 sqq. 384 sq. 393. quibus adde Ste-Croix l. l. p. 8. 424 sq. Heeren, de Fontibus et auctoritate vitarum Parallel. Plutarchi. l. supra l.

De annotationibus et interpretatione mea hoc addo. Si qui forte fuerint, qui propterea, quod ampliori quem dicunt commentario Ctesiam non illustraverim, vituperare me voluerint, hoc a consilio meo alienum fuisse reputent. Hoc praecipue mihi meritum esse volui,

ut ad hominum usus divulgaretur scriptor de quo sermo est. Hoc enim nomine solo haud mediocriter de bonis literis meretur, qui id unum agit, ut veterum libros vel nulla addita vel translatione vel interpretatione recudendos curat. Praeterea si multa ad Ctesiam illustrandum colligere in animo fuisset, iusto diutius in scriniis latuisset; quod nolui. His igitur, quae Tibi iam praebeo, contentum Te esse velim L. B., cetera, quae desunt, noli curare. Indices adhuc non exstabant, eosque summo studio confeci, atque passim nonnulla quae ad Ctesiam illustrandum facere mihi videbantur intexui. Tertium indicem benignitati amici cuiusdam acceptum me referre, non est tacendum.

Sed antequam huic praefatiunculae finem imponam, iusta laude praedicanda mihi est benignitas atque humanitas eximia Equitis ordinis Danebr. Tyehsenii V. Celeberr. Professoris in Academia nostra Orientalium linguarum peritissimi, qui, ut huius editionis ornamentum esset, ea quae olim de verbis Indicis in Heerenii V. Celeber. Ideis praeclare disputaverat, denuo percurrit et alia ad vv. quaedam in Persicis obvia explicanda addidit, quae in Excursu Tibi in latinum sermonem a me conversa iam trado. — Vale L. B. atque inceptis meis fave. —

Dabam Gottingae, Calend. Iul. MDCCCXXIII.

---

---

HENR. STEPHANI  
de CTESIA historico antiquissimo  
disquisitio.

---

Qui melius, qui certius de rebus Persicis scribere potuerit quam Ctesias, arbitror fuisse neminem. Quod quo magis mihi persuadeo semperque persuasi: eo certe magis (ut homo Persicae historiae studiosissimus) aliquam eius scriptorum partem in quopiam bibliothecae angulo reperire posse desidero ac semper desideravi. Nam istae ex eius scriptis *ἐκλογαὶ* tantum abest ut desiderio meo satisfaciant, ut illud, non aliter quam ex longo contractam sitim pauculae aquae guttae, multo vehementius accendant. Ut autem Ctesiae tantum tribuam cum alia multa faciunt, tum vero quod illum a Xenophonte laudatissimo autore laudari videam\*). Eum enim cuius unius ex omnibus ab illo ci-

---

\*) Aliter alii iudicant, ut Haken: *Xenophon hatte des Ktesias Bericht vor Augen; zieht aber seine eigenen Nachrichten vor. Dies wirft kein sehr günstiges Licht auf die Wahrhaftigkeit des griechischen Leibarztes, der auch sonst wohl fabelt.* v. Haken. *Xenophon und die Zehntausend Griechen*, V. 1. p. 291.



tetur testimonium, ut locupletissimum, laudari certe, et magnificentissime quidem, interpreter. Unde fit etiam, ut Plutarcho, modestissimo alioqui et prudentissimo scriptori, succenseam: qui ita huius historici mores exagitat, ut omnibus modis suspectam nobis eius reddere velle videatur fidem. Sed quum duo in historico requirantur, et posse et velle de rebus vere scribere: primum, an id praestare potuerit, videamus: deinde de eo, an voluisse verisimile sit, disputabimus. At illud vel ipse Plutarchus nobis testabitur: et testatus erat ante eum laudatissimus, uti dixi, scriptor Xenophon. Respondeant igitur pro me ambo: Xenophon quidem in libro *Κύρου ἀναβάσεως* primo, [cap. 8. §. 26.] his verbis, ubi narrat vulneratum a Cyro Artaxerxem regem, eius fratrem, *καὶ παίει κατὰ τὸ στέρνον, καὶ τιτρώσκει διὰ τοῦ θώρακος, ὡς φησι Κτησίας ὁ ἰατρός, καὶ ἰᾶσθαι αὐτὸς τὸ τραῦμα φησι.* et paucissimis interiectis verbis, [§. 27.] *ὁπόσοι μὲν τῶν ἀμφὶ βασιλέα ἀπέθανον, Κτησίας λέγει· παρ' ἐκείνω γὰρ ἦν.* Plutarchus autem initio *Ἀρτοξέρξου* [cap. I.] (ita enim illic nominatur, consentientibus etiam veteribus exemplaribus) [v. ad *Anab.* 1, 1, 1.] *Ἀλλὰ τὸν Κτησίαν — οὐκ εἰκὸς ἐστὶν ἀγνοεῖν τοῦνομα τοῦ βασιλέως, παρ' ᾧ διέτριβε, θεραπεύων αὐτὸν καὶ γυναῖκα καὶ μητέρα καὶ παῖδας.* Et pagina illius libri secunda, [cap. 6, fin.] *Κτησίας δὲ — ὄν οὔτ' ἀγνοεῖν τὸν χρόνον εἰκὸς ἐστὶ παρόντα ταῖς πράξεσιν, οὔτε ἐκὼν αἰτίαν εἶχεν ἐκ τοῦ χρόνου μεταστῆσαι τὸ ἔργον, ὡς ἐπράχθη διηγούμενος.* Ex his igitur quum res omnes compertas exploratasque Ctesiam habere potuisse, (praesertim quum medicorum apud reges multo maior tunc temporis quam nunc autoritas esset) et ut de

compertis atque exploratis vere scribere potuisse intelligamus: nunc an eum (ut *φιλαλίηθη*, id est, veritatis amatorem) id etiam voluisse probabile sit, consideremus. Nimirum et de hoc *ἀπλοῦς ὁ λόγος*. Nam si mentiri volebat Ctesias, nempe assentationis studium in causa fuisse dicamus necesse est. Si assentator erat; certe mentiendo, eius auribus a quo plurimum commodi expectabat, aliquid dare, eiusque ambitioni subservire sibi propositum habebat. A quo autem plura quam a rege suo aut a regis matre sperare eum par erat? Superest igitur ut Ctesiam, dum Artaxerxi et Parysatidi statuit adulari, falsam illis laudem in historia sua plerumque affinxisse existimemus. Atqui tantum abest ut iis, ac Parysatidi praesertim falsam laudem affinixerit, ut veram potius detraxisse, ex iis passim quae de ea commemorat, omnibus videri possit. Et de his quidem ita loquor, quasi ante illorum obitum historiam suam edidisse Ctesiam constet. Nam si post eorum obitum in lucem ab eo prolatam fuisse credamus \*), quomodo eum huius culpaе, imo vel huius suspicionis dicere affinem fuisse audebimus? Quod autem ad res Indicas attinet, profecto mendacii illum multis in locis nemo non facile suspectum habuerit: sed quotusquisque est qui convincere queat et coarguere? Nescio (respondebit quispiam) quis eo tempore potuerit: at nunc possunt mercatores nostri qui il-

---

\*) [V. ad Fragm. Pers. LXI. Scaliger in Animadv. in Euseb. Chronol. p. 122. ed. II.: Ad tertium annum Olymp. XCV. historiam suam continuavit, sed scribebat quatuor Olympiadibus solidis post illud tempus.]

luc et ipsi navigant. Ain' tu? at unde illis, ut, quum sint ἀναγράφητοι, ideoque iudicio eo quod litteris et doctrina quaeritur, omnino careant: observare et observata aliis postea commemorare eadem quae viri docti, possint? Ne longe abeamus, unde homini omnium litterarum rudi, ut ligni παρήβου dicti naturam ita animadvertisse et animadversam ita queat describere ut hoc in libello a Ctesia descriptam habemus? ut omittam illud quod pro artis suae (quum medicus esset) solertia, ut observavit, ita et observasse debuit: nimirum illud lignum *δίδοσθαι τοῖς κοιλιακοῖς βοήθημα.* vel tale quid quale alio quodam loco narratur? nempe aut miram cuiusdam radicis ad corrigendum nimium lactis usum virtutem: aut, quod de asinorum sylvestrium cornu refert? qui e poculis ex eorum cornu confectis biberint, neque spasmō eos, neque comitali morbo corripit: sed neque, dummodo, aut vinum aut aquam aut poculentum aliquid aliud ex huiusmodi poculis bibant, illos hausto aut ante aut post minime interire veneno? Nequaquam profecto ab imperitis istis mercatoribus expectanda haec narratio fuerit. quid igitur illi narrabunt? nimirum se vidisse sylvestres asinos cornu in fronte gestantes, quod cuius coloris esset discernere non potuerint, sed nec satis eius magnitudinem consideraverint. Hanc autem vim huic cornu esse insitam, tam sunt nescii, quam ii qui nunquam ne Indorum quidem nomen audiverunt. Haec autem a me idcirco hic dicuntur, lector, ut quoties in quosdam homines incidet, qui plus fidei de illis rebus, mercatoribus etiam litterarum imperitis, quam vel doctissimis antiquis scriptoribus adhibendum esse credunt, in prom-

ptu tibi quod illis nugatoribus respondeas, esse possit. Quod si quis me roget, an nec Ctesiae, nec aliis vetustis autoribus rerum huiusmodi historiam describentibus derogandam arbitrer esse fidem, ille a me hoc responsum feret: me domi et in patria mea tot tantaque rerum videre passim miracula, ut quum illos qui de peregrinarum regionum miraculis scripserunt lego: tum demum velim, Scepticam usurpans *εποχήν*, dicere *οὐ μᾶλλον*, id est *οὐ μᾶλλον πιστεύω, ἢ οὐ πιστεύω*. si tantum illa excipias quae ita a ratione abhorrent, ut ne ipse quidem sensus communis ea quemquam patiatur admittere. Quid si vero, quo magis tales sunt res aliquae, eo etiam magis inter miracula, sed non inter incredibilia tamen referendae sint? Nam vel istud quale sit considera. Fuerunt nonnulli prisco saeculo homines, qui quod de quadam Indica ave narrabatur, eam videlicet in India, Indicum, illinc in Graeciam transportatam, Graecum sermonem discere, et hominum more articulatas distinctasque voces tandem proferre: hoc ut plane absurdum et ineptum commentum, exhibendum explodendumque esse dixerint. Quinam? nempe non alii quam quibus huiusmodi avem ex Indicis oris adventam videre nunquam contigisset. Nam Ovidius et Statius, fortasse et ipsi, hominem id commemorantem, ut aperte mendacem, aliquando risu exceperant: at postquam ipsam illis datum fuit avem cernere et audire, quam ea de re famae et aliorum sermoni adhibere fidem noluerant, eam suis ipsorum oculis adhibere coacti fuerunt. Et, ut illos taceamus, hodieque vulgaris est adeo illa avis, ut exstare aliquem qui dicat incredibile esse quod de illa

narratur, id demum nobis plane sit incredibile. Quem enim, psittacum (quem *ψιττακον* Ctesias hic appellat) praeter illum Veronensem Claudiani senem, aut aliquem illi similem, nunquam vidisse putabimus? Finge tamen reperiri senem aliquem (et reperiuntur forsitan aliquot ex illis etiam qui in urbibus degunt) qui nunquam eam volucrum viderit, aut, si viderit, loquentem certe nunquam audierit: an eum qui hanc illi avi inditam esse naturam affirmabit, fidem apud huiusmodi hominem impetraturum reris? Hoc certe si credis, longe falleris. His igitur tandem hunc sermonem claudamus verbis. Quemadmodum si psittacus nunquam ex India advectus ad nos fuisset, avem apud Indos esse humanas voces sonantem nemo crederet: nunc vero, quoniam vulgaris est illa, vix quisquam hoc miraculi loco habet: itidem etiam multa de aliis Indicis animalibus referri, et de plantis atque arboribus, nominatim etiam de quibusdam radicibus, item de aquis, de metallis, de aliis denique multis illi regioni peculiaribus rebus commemorari, quae multorum fidem superant: at si tam facilis illarum, quam psittaci, asportatio esset, tam facile firma ab omnibus persuasione reciperentur, quam ea quae de psittaco scripta sunt, recipiuntur. Ergo quod Plutarchus Ctesiae Persicis tribuit *μυθῶδες* (apud eum corrupte legitur *θυμῶδες*) ego id in eum, ne in Indicis quidem, nedum in Persicis, cadere existimo. At erat *φιλολόκων*. Fuerit vero *φιλαθηναῖος*, fuerit *φιλοθήβαιος*. quid tum? Hoc certe ut aliquo in loco Lacedaemoniorum auri- bus aut Atheniensium aut Thebanorum potius quam veritati serviret, facere potuisse dixerim: at ex una historiae particula totam illam men-

dacii arguere, hoc ego iniquissimi iudicis esse censuerim. Sed Plutarchum, aliquo praeiudicio fortasse praeoccupatum, quicquid libuerit, impune scribere sinamus, et de Ctesiae Persicis, penes ipsos Persas: de Indicis, penes Indos esto fides. Hic certe libellus, qualis qualis est, si aliud quo commendaretur, non haberet, vel hoc unum abunde ad eius commendationem valeret, quod aliquot cum ab aliis, tum vero a Plinio citati in eo reperiantur loci. Sunt vero et maxime memorabiles in eo et minime tamen vulgares historiae, quarum unam, lector, latino sermone interpretatam, proferam: *διήγημα* certe huiusmodi, quod rhetori cuipiam *χοείας* pulcherrimae argumentum, poetae, iocoso quidem, facetorum epigrammatum: severo autem, gravissimae traegodiae amplissimam suppeditare possit materiam. „Mortuo, inquit, Megabyzo, uxor eius „Amytis, libidiosa matre filia libidinosior, summe virorum erat appetens, et suam undique „explebat libidinem. Forte accidit, ut aegrotaret, non gravi morbo illa quidem: sed qui tamen medici desideraret opem. Eam igitur „invisens Apollonides medicus Cous, quum iampridem esset eius amore correptus, convalitutam illam (utpote quae hysterica esset) si „cum viro congregeretur, affirmavit. Hac arte „fit voti compos Apollonides et amata potitur „Amytide. Verum tabescentem eam paulatim „quum cerneret, a congressu abstinere coepit. „Illa autem tandem quum matri suae rem totam aperuisset, eam, ne hanc quam ab Apollonide acceperat, inultam impunitamque dimitteret iniuriam, rogavit. Mater, quae audiverat, ad Artaxerxem defert: narratque ut „congressu eius usus esset, nec, nisi ea indignis

„prius abusus modis, illo abstinisset. Rex ma-  
 „tri de his agendi, ut vellet, potestatem per-  
 „mittit. Illa igitur comprehensum et in vin-  
 „cula coniectum Apollonidem duos menses in  
 „tormentis et cruciatibus habuit, tandem vero  
 „vivum etiam defodit.“ Hic iam mihi lector  
 (quod in legendis historicorum scriptis longe et  
 iucundissimum et utilissimum est) historiam  
 cum historia confer, Persicam nimirum cum  
 Romana. Amytin cum Messalina, regis Persa-  
 rum filiam cum imperatoris Romani, coniuge  
 mihi compara: et muliebrem utrobique, quasi  
 in speculo quodam, contemplare ingenium.

Claudius audi

Quae tulerit. dormire virum quum senserat  
 uxor,

Ausa Palatino etc.

satis enim tibi notos esse puto versus. Aptis-  
 sime autem, meo quidem iudicio, hoc par mu-  
 lierum copulaverimus: ut quas personas et lon-  
 ga temporum intercapedo et longum locorum  
 intervallum et linguae magna discrepantia dis-  
 sociaverunt, generis nobilitas (licet in altera  
 maior) et norum foeditas ac turpitudine minime  
 nobili vinculo nobis consocient atque coniun-  
 gant. Et de Messalinae quidem ut audias libi-  
 dine, tibi longe abeundum non fuerit. Amytin  
 autem praeterquam Ctesiae, etiam Dinonis  
 gravissimi auctoris hoc infamatam reperi elogio,  
 „*Ἀμυτις, καλλίστη τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ γυναικῶν καὶ ἀπο-  
 λαστοτάτη.* id est, Amytis omnium Asiae fe-  
 minarum ut pulcherrima, ita libidinosissima.  
 Historiam cum historia contulisti, lector: nunc  
 autem poëtae quomodo cum historicis conferri

débeant, et ut cum illorum sententiis horum pulchre testimonia consonent, considera. Nimirum quod a poëta Latinorum omnium ingeniosissimo pronunciatum est, Litem magnam pudicitiae cum forma esse, non minus vere quam eleganter esse dictum, iam antea tibi, ut opinor, persuaseras. sed ita verum tamen hoc esse, ut non in omnes hanc cadere suspicionem existimare deberemus. At nunc hae te docent historiae, non obscuras tantum, non privatas tantum affines huic culpae esse personas, verum etiam imperatrices, eorum etiam qui reges regum vocabantur (et merito quidem vocabantur) filias. Sed cur ego tam memorabilem undique hanc tibi reddere conor orationem? nimirum quod illa vel certissimum Ctesiae *φιλαληθείας* datura sit testimonium. Quem enim missum me facere velle simulaveram, nunc quasi ex insidiis repetere libet sermonem. Ecquis unicuique erga suam artem et erga eiusdem artis societate iunctos (quod eiusdem velut sacri sint cultores) naturaliter quosdam amoris excitari nescit igniculos? Nisi igitur Ctesiae amica quidem ars sua, amicus vero Apollonides, sed amica magis historiae veritas fuisset, haecine cum tantó utriusque narrasset dedecore? At ego (dicet fortasse Plutarchus) istud factum longe aliter interpreto. Nam ut *κεραμὸς κεραμῆϊ κοτέει*, sic etiam *ἰατρός ἰατρῶν*. hinc illa diffamatio. Itane tandem haec eius diffamandi studio commemoret, quem aliquot in locis non multo ante sponte laudaverit? Quo te iam vertes Plutarche? Video quo evadere velis. Passim ab Herodoto dissentit. Patrem fabularum mihi narras, tandem te tuo confodisti gladio. Nimirum verax Ctesias mendaci Hero-



doto repugnat. Quid tu autem ad haec, lector? nonne iam tibi teneri Plutarchus videtur? Hoc si tibi persuasi, Ctesiae τὸ φιλάληθες admirare mecum potius, quam cum Plutarcho τὸ φιλοψευδές reprehende. Aut, si tibi paria in utramque partem videntur esse momenta, saltem te neutrum serva, et ubi dixi, de Ctesiae Persicis, penes Persas, de Indicis, penes Indos fides esto. Vale.

---

## DE CTESIA HISTORICO.

(Ex Io. Alb. Fabricii bibliotheca Graeca, cum Auctario G. C. Harles. V. 2. p. 740 sqq.)

Ctesias, Ctesiochi\*) filius\*\*), ex familia Asclepiadarum, patria Cnido, Cariae urbe, medicus Artaxerxis Mnemonis, per XVII. annos in honore ab eo habitus, a Salmasio\*\*\*) perperam traditur fuisse aequalis Herodoto, quum iunio-

---

\*) [Male *Clenarchi* posuit Alfons. Giacomius in Bibliotheca, V. 1. p. 623. ed. Camusat.]

\*\*) Tzetzes Chil. I. hist. 1. et Suidas, [v. Testimonia vet. infr.] (Eudocia p. 268. ubi dicitur Ctesiarchi aut Ctesiochi filius,) Plutarch. Artaxerxe p. 1012. 1014. Lucian. de scribenda Historia Tom. I. p. 630. (cap. 3. p. 71. tom. II. edit. Reitzii, ubi Lucian. ait, Ctesiam ea, quae de Indis scripserit, neque vidisse, neque fando accepisse, adeoque finxisse. Vidi ibi Iensium. adde Lucian. quomodo historia scribenda sit, cap. 39. p. 52. Tom. II. ibique Gesner.)

\*\*\*) Salmas. ad Solin. p. 871. edit. Ultraiect. b. G. e loco Diodori Sic. (II. cap. 32. p. 146. ubi vid. Wesseling.) perperam accepto.

rem fuisse clarissimis argumentis constet \*). Mihi h. l. sufficiet scripta eius tantum commemorare, idque tanto brevius, quod exceptis paucis fragmentis et excerptis Henrici Stephani \*\*),

---

\*) Ea vide, si lubet, apud Vossium de Hist. Gr. lib. I. cap. 5. [p. 22 sqq.] et Saxii Onomast. I. p. 59. [Chronicon Paschale p. 168. ed. Paris. p. 135, a. ed. Venet.: ὁ δ' Ὀλυμπίας. Αἰμυλίου καὶ Ῥουστίκου. Ξενοφῶν Ὀρζυλάου, καὶ Κτησίας ἐγνωρίζοντο (florebant.) Syncell. Chronogr. ex Africano: Ἰσοκράτης ῥήτωρ, Κτησίας, καὶ Διόδωρος ἐγνωρίζοντο. Add. Euseb. Chronic. lat. I. p. 33. et II. p. 134. ed. Scalig. ad Ol. XCV.: Xenophon — et Ctesias clari habentur, p. 46. (55. ed. II.) Graeci textus.]

\*\*) *H. Stephanus* Photii excerpta ex Ctesiae Persicis et Indicis graece primus vulgavit an. 1557. 8. (Habeo exemplum inscriptum: Ἐκ τῶν Μέμνονος — — *Ex Memnone excerptae historiae, de tyrannis Heraclae Ponticae. Ex Ctesia et Agatharchide excerptae historiae. Omnia non solum graece, sed et latine, partim ex Henr. Stephani, partim ex Laur. Rhodomanii interpretatione. Cum accessione ad ea quae prius ex illis historiis excerpta fuerant. A. M. D. LXXXVIII. Excudebat Henr. Stephanus. 8. —* Insunt quoque (p. 120 - 228.) Appiani lib. Ἀννιβαϊκὴ et Ἰβηρικὴ cum Stephani castigationibus usque ad p. 248. tum p. 259 sqq. accessio ex aliquot scriptorum locis: duae Chionis epistolae et alia quae ad Clearchum, Agatharchidem et Ctesiam pertinent. Separatim edita est latina versio, huius sententiae: *Ex Memnone et aliis excerptae historiae, de tyrannis Heraclae ponticae. Ex Ctesia et Agatharchide excerptae historiae. Omnia cum recenti accessione, graece: nec non latine, partim ex H. Stephani, partim ex Laur. Rhodomanii interpretatione. A. 1594. Excud. H. Stephanus. 8. —* Epistolae Chionis et quaedam alia sub finem gr. contextus carent versione latina. Exemplar versionis tantum latinae, huius anni, fuit in biblioth. Bünavianae; vid. Catal. I. p. 105.) deinde eadem suis Herodoti editionibus [a. 1570. 1592.] a se translata et disquisi-

Andreae Schotti, Gothofredi Iungermanni (et Wesselingii) industria collectis, et Photii Bibliothecae interseri, vel Herodoto subnecti solitis, nullum eorum ad nos pervenit, sed ad unum omnia interciderunt. Fuerunt autem haec:

*Περσικῶν βιβλία κγ'*. Historiae de rebus Persarum libri XXIII. in quo opere dicaverat sex primores libros describendis rebus Assyriacis \*)

tione de Ctesia aliisque nonnullis aucta adiunxit. (v. supra [Fabr. bibl. Gr. ed. Harl.] p. 338 et 339.) Hinc (*Hoeschelius* gr. cum notis suis, in Photii biblioth. p. 52 sq. Aug. Vind. 1601. fol. et gr. et lat. cum scholiis) *Andreas Schottus* in sua Photii versione post cod. LXXII. p. 106 sq. Ctesiae fragmenta subnexuit. Idem diligentissime fecerunt in suis Herodoti editionibus *Gothofredus Iungermannus*, [1608. et 1618] quam secutus est *Tho. Galeus*, [1679.] (et *Iac. Gronovius*, [1715.] denique *Wesselingius*, [1763.] cum notis auctisque fragmentis, testimoniis ac iudiciis de Ctesia antiquis et aliis accessionibus [quae vero cuncta a Wesselingio non profecta sunt]. Repetiit *Borheck*. Vol. II. edit. Herodoti, Lemgoviae, 1781.) [Gallico sermone praeter *Gedoynum*, qui infra memoratur, Persica expressit *Larcher*. in: *Histoire d'Hérodote* T. VI. p. 215 sqq. ed. II. Uterque Gallus Indica etiam in suum sermonem transtulit. Ille in: *Oeuvres diverses*, a. 1745. (v. *Mémoires de l'Academ. des Inscr.* T. XVI. *Hist.* p. 98.) hic post Persica l. l.] In *Allatii* *Apibus* urbanis p. 187. legas etiam M. Antonium Petilium excerpta ex Ctesiae Persicis et Indicis latine vertisse. De Ctesiae scriptis egit praeterea *Io. Meursius* in *Cypro* lib. II. cap. 29. et ad Apollonii Dyscoli Historiam commentitiam p. 120. Iohan. Harduinus fragmenta, quae exstant, supposita Ctesiae esse, coniicit in *Chronologia* V. T. p. 91. Sed sollemne viri illi erudito *παραδοξολογεῖν*.

\*) Hinc *Strabo* p. 656. lib. XIV. adfirmat, Ctesiam scripsisse *Ἀσσυριακὰ* et *Περσικά*. Illis primoribus libris diligenter usus est *Diodorus Siculus*, libro praesertim secundo, [cf. *Voss. de histor. Gr.* l. 1. p. 23.]

aliisque, quae Persica antecesserunt, facto a Nino et Semiramide initio. A septimo autem libro ad postremum usque historiam Persicam persecutus est a Cyro et Cambyse regibus, ad annum 3. Olymp. XCIII. \*) sive annum Artaxerxis Mnemonis octavum, ante Christ. nat. CCCXCVI. usus, (ut iste quidem iactavit,) arcanis annalibus, quos in membranis \*\*) describi sibi curaverant reges Persarum. Perspicuitatem suavitatemque Ctesiae, dialecto Ionica \*\*\*) [licet patria dorici generis esset,] usi, mire praedicant Demetrius libro de Elocutione §. 218. 221. Dionysius Halicarnasseus, et Photius. In rebus ipsis Herodoto saepe, interdum etiam Xenophonti †) contradixit, observante Photio cod. LXXII. quo excerpta ex illo opere Ctesiae nobis servavit. Fabulosus, vanus fideque indignus scriptor visus iam olim est quam plurimis, Straboni, Plutarcho in Artaxerxis vita ††)

\*) Diodor. XIV. c. 47. (p. 679. ed. Wesseling.)

\*\*) Diodor. II. p. 84. (T. I. p. 146. ed. Wessel. cuius not. videbis.)

\*\*\*) Salmasius de dialecto, qua usus est, ionica, videndus est p. 29. de Hellenistica et p. 41. ubi Ctesiam gente doricum observat, perinde ut Hippocratem et Herodotum.

†) Xenophon Ctesiae Persicam Historiam legit, antequam suam scriberet: nam lib. I. de expeditione Cyri p. 157. [v. praefat. ad Anab. Xen. Cap. II. p. XXII.] memorans vulneratum a Cyro Artaxerxem fratrem Ctesiam auctorem laudat, et vulnus ab illo curatum esse, ipso auctore refert: addit etiam, Ctesiam, utpote regi praesentem, tradidisse, quot tum temporis circa regem ceciderint.

††) [Plutarchum propterea Ctesiae iratum fuisse, quod hic Lacedaemoniis magis faveret, quam Boeotis, ponit Gedoyn. p. 247.]

aliisque. Inter recentiores idem contendunt Ios. Scaliger, [Canon. Isagog. p. 313. ed. I. p. 320 sqq. cf. p. 137 sq. edit. a. 1658.] et, praeter innumeros alios Herm. Conringius in adversariis chronologicis de Asiae et Aegypti antiquissimis dynastiis, (cap. 7. p. 161. in Syntagma variarum dissertatt. a I. Georgio Graevio editarum, Ultraiecti, 1702, 4.) qui non tantum in narrationibus ceteris, sed praecipue in Persicis (in quo solo argumento aliquid ei tribuunt veteres\*) plerique, et recentiores,) parum fidei mereri Ctesiam, disputat, quod facit etiam Bernardus de Montfaucon libro de veritate historiae Iudith, p. 120 sq. et Dounaeus notis ad Demosthen. p. 171. item Gouietus in dissert. inserta continuationi Memoriarum litterariorum Salengrii T. I. Part. I. nr. VIII. p. 121 sqq. et contra Herodotum pro Ctesia Part. II. p. 349 sqq. 364 sqq. Journal des Sçavants 1726.

---

\* Diodor. (lib. II. cap. 2. p. 114. T. I. Wesseling. cuius annot. vide p. 115; 8.) Iustinus etc. Hinc Is. Vossius lib. de LXX. interpretibus p. 334. „Ctesiae auctoritati in Persicis plurimum tribuunt veteres, quum tamen in ceteris fuerit mendacissimus.“ [Ger. Voss. l. I. p. 24.: „Miretur aliquis homini adeo vano tantum fidei habitum esse a Diodoro Siculo, Trogo, et aliis, ut eum, quam Herodotum sequi in plurimis mallerent. Nempe imposuit iis, quod Ctesias profiteretur, se cuncta hausisse ex regis membranis.“] Persicarum rerum bonum auctorem imprimis Ctesiam vocat Barnab. Brissonius, lib. I. de regno Persar. — Epitomen Persicorum, (nobilissimi ex Ctesiae scriptis,) concinnasse videtur *Pamphila*, foemina Epidauria; Suidas enim [sub v. Παμφίλη] inter eius scripta memorat Ἐπιτομὴν τῶν [τοῦ] Κτησίου ἐν βιβλίοις γ'. [Ger. Voss. l. I.: Arbitror vero, eam epitomen non fuisse omnium Ctesiae librorum, sed viginti trium de rebus Persicis.“]

Oct. p. 235. Ctesiae fidem frangit Christoph. Cellarius in Ctesiae hypothesebus suspectis de principio regnorum et historiarum, Halae Sax. 1694. rec. 1703. (in diss. academicis, a Io. Georg. Walchio iunctim editis, Lips. 1712. p. 54 - 70. Iac. Arrhenius in diss. de Monarchia Assyriorum Ctesiana; Upsal. 1705, 8. Inter paucos tamen Ctesiae fidem adserere adnitus est Ulric. Huberus in diss. de temporibus ante Cyrum, quae exstat, in historia eius civili non procul ab initio. Nec non Freretus \*), bibl. françoise, a. 1726. Sept. p. 138 sqq. Sam. Schuckford. in Connex. vet. hist. cum scriptor. profan. T. II. p. 19. Journ. liter. Tom. 15. p. 4. Fabric. Sed Schuckford. libro VII. Vol. I. p. 553 sq. version. germ. Dresdae 1726, 4. minus facere videtur narrationibus Ctesiae: cuius tamen partes interdum sequitur Des Vignoles \*\*) Chronol. T. II. p. 169. Praeferunt ei Herodotum Iac. Usserius in Annal. V. T. ad A. M. 2737. I. G. Walch. in exercitt. histor. de fabulosa histor. Semiramidis, Lips. 1713. rec. in Parergis academ. p. 27 sqq. ubi de Ctesia eiusque mala fide historica quaedam habet. L. E. du Pin bibl. univers. des historiens p. 209 sqq. Multo tamen plura collegit, examinavit et plurimum, tam veterum, quam recentiorum iudicia diversa proposuit Io. Georg. Walther. in Animadverss. historicis et criticis,

---

\*) [v. *Histoire de l'Acad. des Inscr. Mém. T. V.* p. 350 sqq.]

\*\*) [Quem Herodoto saepius, quam par erat, fuisse iniquiorem, nimioque Ctesiae amore in transversum abreptum, animadvertit Wesseling. in praefat. ad Herodot. p. II.]

Weissenfelsae, 1748. 8. in commentat. historica, qua Herodoti et Ctesiae sententiae de magnitudine atque antiquitate imperii assyriaci et medici coniunguntur, p. 75 - 112. de aetate Ctesiae p. 99 sq. et contra Wesselingii Addenda ad T. I. Diodori Sic. modeste docteq. disputans p. 367 sqq. in Addendis: idem Walther. ibidem p. 122 sqq. in commentat. de veterum recentiorumque historicorum invidentia, iudicandi libidine et nimio rerum mirabilium amore. Iac. de Rhoer in Feriis Daventriensibus, Traiecti ad Rhenum. 1758. 8. libr. II. cap. I. p. 137 sqq. contra Huberum aliosque disputans atque Herodotum I. cap. 95. (ubi Wesseling. laudat Schroeerum in Orig. Assy. sect. IV, 5 sqq. et Leon. Offerhaus. Spicileg. hist. chronolog. p. 145.) copiose explicans, ita contendit illum cum Ctesiae narratione, ut studeat, utrumque in concordiam reducere, Ctesiae manibus suum honorem aliquo modo restituere, atque evincere, Herodotum imperium Assyriorum non coercere intra quingentos annos, Medos denique non fuisse subditos, sed socios Babyloniorum. Compara Waltherum, qui loco citato p. 103 sqq. aliam ingressus est viam \*). Adde De Bougainville, qui Herodoti et Ctesiae narrationes de monarchia Medorum conciliare studuit in Mém. de Littérat. I. et B. L. Tom. XXIII. p. 1 sqq. et Abbé Gedoyn,

---

\*) [In *Annales du monde, depuis le déluge jusqu'au gouvernement d'Othoniel, premier juge des Israélites* etc. Strasburg. 1788, 8. historia profana cum sacra, adeoque narrationes Herodoti et Ctesiae conciliantur: saltem id tentavit auctor, neque vero satisfacit criticis. cf. *Journal Encyclop.* Octobr. 1789. T. VII. P. I. Nr. 3. Fabr. Bibl. Gr. V. 2. p. 347. *Harles.*]

Histoire des Perses, écrite par Ctesias suivant l'Extrait, que Photius nous en a laissé, [in *Histoir. de l'Acad. des Inscr.* V. 14. p. 247 sqq.] lib. II. cap. 20. §. III. p. 331 sq. Harl. \*).

---

\*) [Cf. etiam *Volney, Chronologie d'Hérodote, Paris, 1809. Fuhrman. Handbuch der Class. Lit. etc.* V. 2. P. 2. p. 233.: *Die Beschuldigung (der Glaubwürdigkeit des Ctesias) beruht wohl mehr auf dem Umstand, dass er fast durchgehends dem Herodot widersprochen hat, und auch hie und da vom Berichte des Xenophon abweicht, wiewohl letzterer des Ctesias Werk vor Abfassung des Seinigen nicht bloss gelesen hat, sondern sich auch in der Anabasis auf seinen Umgang mit dem König Artaxerxes bezieht, wornach er dasjenige, was damals nach der Verwundung dieses Fürsten in der Nähe desselben vorfiel, wissen und erzählen könne. Wie lässt sich seine Glaubwürdigkeit, die man ihm in der persischen Geschichte vorzüglich nicht absprechen kann, so ganz bezweifeln, da er doch von so vielen Ereignissen und Thaten Augenzeuge war? Sollte er auch Unwahrheiten erzählt haben, so beruht das nur auf seinem Zutrauen auf die vorgefundenen Nachrichten, im königlichen Archive. Aus Unkunde der medischen und assyrischen Sprache, wurde er durch dieselbe getäuscht, ohne etwa absichtlich Andere hintergehen zu wollen. Zwei bedeutende Geschichtschreiber, Diodor und Trogus würden ihm auch nicht so häufig und unbedenklich nach-erzählt und sich auf ihn verlassen haben, falls er so unzuverlässig gewesen wäre. (Vergl. C. Michaeler, *hist. krit. Versuch über die ältesten Völkerstämme u. w. Thl. 1. Kap. 2.*) Überdies lebte Ctesias in einem fabelhaften Zeitalter, und zum Theil von denjenigen Ländern, von welchen er Nachrichten giebt, entfernt, und unter Menschen, welche ihn wegen der Fictionen, die in seinem Werke vorkamen, nicht liebten. v. *ibid.* p. 113. Alios v. supra in praefat., quibus adde *Larcher. l. 1. p. 267. Ukert, Geographie der Griechen und Römer T. 1. P. 1. p. 76 sqq. Barthélemi, Voyage du jeune Anach. V. 5. p. 347. transl. german.*]*



*Ἰνδικῶν βιβλίον ζν.* De rebus Indicis liber unus, cuius excerpta leguntur in Photii biblioth. cod. LXXIII. Respicit Plinius, Ctesiam laudans, VII, 2. hist. nat. In hoc potissimum opere lectorum credulitate abusus est et fidem decoxit Ctesias, unde Aristoteli lib. VIII. hist. animal. cap. 28. citatis eius Indicis, visus fuit indignus, cui crederetur: *ὡς φησι Κτησίας οὐκ ἂν ἀξιόπιστος.* Fidem illi quoque detrahit Arrian. in Indicis p. 513. Et Antigonus Carystius in historiis admirandis (c. 16. p. 27. ed. Beckmanni, Lips. 1791. 4.) negat se ex Ctesia quicquam prolaturum, *διὰ τὸ πολλὰ ψεύδεσθαι αὐτόν.* Vid. et Aristotel. II. 2. de generat. anim. Lucian. de Vera historia lib. I. T. I. p. 640. et lib. II. 683. Aeneam Gazaeum in Theophrasto p. 23. ed. Barthii. Aelian. histor. Animal. etc.

*Περὶ ὄρων.* De montibus libri, quorum primum laudat Scholiastes Apollon. ad lib. II. agens de sacro monte, etsi ibi legitur *Κτησίας ἐν πρώτῳ περιόδῳ*, sed *περὶ ὄρων* legendum, recte monuit Ioh. Meursius in Cypro II. c. 29. [V. 3. p. 674. ed. Lami, Florent.] et in bibl. Graeca. [p. 1244.] Librum secundum adducit Plutarchus de fluminibus et montibus, ubi agit de monte Teuthrante p. 1161. *καθὼς ἱστορεῖ Κτησίας ὁ Κνίδιος ἐν β' περὶ ὄρων.* Et Schol. Apollon. ad lib. II. agens de montibus Colchorum Amarantis et Ioh. Stobaeus, serm. 98. *περὶ νόσου.*

*Περίπλοι,* quorum primum memorat Steph. Byz. in *Σίγνος.* Periplum Asiae Harpocraton in *Σκιάποδες*, et Suidas eadem voce. Ctesiam *τρίτη περιηγήσεως* laudat idem Stephanus in *Κοάνη.*

*Περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν φόρων.* De tributis Asiae opus laudatum Athenaeo lib. X. p. 442. Librum tertium illius operis memorat idem Athenaeus. lib II. p. 67.

*Περὶ ποταμῶν.* De fluviis libri, quorum secundus citatur a Plutarcho de fluminibus p. 1160. ubi de Alpheo. Sane Ctesiam simpliciter laudat Plutarchus, non Ctesiam Ephesium, cui libros de fluminibus, nescio qua de caussa tribuit Maussacus in notis p. 81. notatus a Vossio de Hist. Gr. [lib. III.] p. 349. \*) Quamvis Ctesiam Ephesium ἐν πρώτῳ Περσῆδος libro primo Perseidis, sive de Perseo illo, qui Medusam interfecit, memoret idem Plutarch. p. 1161. \*\*). Citatur Ctesias etiam ab Eratosthene in Catasterismis cap. 38. \*\*\*).

---

\*) [Hic l. l.: Ctesiae sunt duo, unus Cnidius alter Ephesius.“ Sed Ctesiae nomen alibi etiam memoratur, ut apud Aelianum, V. H. 1, 27. M. Aurelius Ctesias junior in Gruteri Inscriptt. V. I. p. LXXIX, 1. apud Graev. Male Κτησίας pro Τισίας editum in Scholiis ad Homer. II. lib. IX. v. 443. ab Horneio editis, et apud Ammianum Marcellinum 30, 4. ubi codd. Κτησίας vel Κησίας praebent, iamdudum in Tisias mutatum. In Plinii Hist. Nat. 34, 8. s. XIX, 25. V. 5. p. 244. ed. Bip. inter artifices Ctesias nominatur, in cod. certe Reg. 2.; at vet. edd. Clesias praebent. Ceterum in Eusebio Armenico ab Auchero edito nomen Ctesiae Ctesies scriptum legitur.]

\*\*\*) [Plutarch. de Fluv. 18, 6. (Geograp. Minor. ed. Hudson. V. 2. p. 36.) αἱ δ' ἐγγύριοι τὴν ἀκρόρειαν ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος Μυκῆνας μετωνόμασαν· καθὼς ἱστορεῖ Κτησίας Εφέσιος ἐν α' Περσῆδος. i. e. Indigenae vero cacumen illud a casu Mycenae appellarunt, ut docet Ctesias Ephesius Primo Perseidos. Ctesiae Cnidio hoc fragmentum tribuit Meursius l. l.]

\*\*\*) Opus quoddam medicum Ctesiam scripsisse haud

De *Διττογραφία* quorundam nominum, in Ctesia praesertim: et de Excerptis ipsis ac voce *ἐκλογῶν*. (Ex H. Stephani Castigationibus ad Appiani Iberica et Annibalica, Ctesiaeque Agatharchidis et Memnonis excerpta, in fine.)

Duo sunt praeterea, lector, de quibus te admonitum volo: unum, quod ad nomina multa, in Ctesiae praesertim exemplaribus, *διττογραφούμενα* alterum autem, quod ad vocem *ἐκλογαί* attinet. Exemplum huius *διττογραφίας* ponam ex multis unum, *Πετίσας* cap. 39. in uno cod. cum  $\bar{\iota}$  scriptum, quum in altero scribatur cum  $\bar{\eta}$ . Certe huius nominis et aliorum huiusmodi quaerere scripturam, nescio cuius laboris, imo vero nescio, cuius curiositatis esset. Nam si tandem reperiretur, (quod tamen nullo fieri modo posse credo) quid tale repertum commodi nobis afferre posset, non video. Unum tamen optabile foret, ut quo modo apud unum historicum nomen aliquod proprium scribitur, eodem apud alios quoque scriptum esset\*): ne erroris (ut saepe accidere videmus) diversa scriptura nobis occasionem praeberet: dum quod de una eademque persona dicitur, de diversis dici existimamus. Sed illud qui fieri possit? Si ta-

---

iniuria arguas ex Galeni loco, quem propterea in fine post fragmenta ex variis Ctesiae scriptis servata addidi. Fuerit tamen, cui Ctesiam obiter in historiis Persicis conscribendis rem medicam eo fragmento memoratam attigisse dicere liceat.]

\*) [Nomina barbara a Graecis, quum sua rem lingua narrant, saepissime non modo in Graecam flectuntur terminationem, auribus Graecis accommodantur, sed et pro iis Graeca idem significantia substituuntur. Verba sunt Fabricii bibl. Gr. V. 1. p. 41. ed. Harles.]

men et hic coniectura locum habere debet, credo, quo longiora sunt, eo magis Persicae linguae characterem servare nomina. Scimus enim Persas, in suis denominandis, nequaquam id quod quidam dixit, curasse, πάντα δοῦλον εἶναι τῷ δεσπότῃ μονοσύλλαβον, imo potius καὶ δοῦλον καὶ δεσπότῃν εἶναι πολυσύλλαβον καὶ μακροσύλλαβον. Quam rem videmus ut facete Plautus notet. Haec igitur ratio videtur idonea ad probandum magis veram esse scripturam (duplex enim in hoc nomine reperitur) Σφενδαδάτης quam Σφενδάτης, utpote longiorem: eandemque in id genus aliis esse debere rationem. Itidem in nonnullis nominibus, in quibus diversa scriptura, nimirum et per ζ et per ξ, quae est per ξ meis auribus nescio quid Persicum magis sonat, ideoque magis mihi probatur. Ut Ἰξαβάτης quam Ἰαβάτης, sic Ἀρτιβαρξάνης quam Ἀρτιβαρξάνης. nam etiam Ἀρξάνης non Ἀρξάνης dicitur. In nonnullis melioris exemplaris fidem ubique secutus sum. ut Σκυθάρκης ubique non Σκυθάροκης. Item Ἀμντις non Ἀμνντις. quam Ἄνουτιν a Dionone appellatam reperio, si quidem non mendosum est exemplar. De duplici autem scriptura Ἀρτοξέρξης et Ἀρταξέρξης non habeo quod dicam. Quin et ἐθνικῶν in dubium vocari scriptura possit. Nam quos Δέρβικας consensu utriusque exemplaris appellatos hic habes, Stephanus [Byz. sub v. Δερβίκααι vid. fragmm.] ait ipsum Ctesiam appellasse Δερβίους, ἢ Τερβισσοῦς. Sed et male illic Δελβίκααι legitur pro Δερβίκααι per ρ et unum κ, prius. Alicubi certe exemplari alteri fidem audacter derogavi. ut in iis locis qui sunt cap. 17. et 21. habebat enim Καρχηδονίων et Καρχηδονίους pro Χαλκηδονίων et Χαλκηδονίους. (cuiusmodi mendum in hoc ipso nomine

in aliorum autorum antigraphis, ut Strabonis, mihi occurrit.) [v. Indic. sub v. Chalcedonenses.] quod exemplar etiam male et gravi cum errore permutatas nonnunquam habebat nominum quorundam sedes. ut cap. 29. in eo scriptum est Ἀροξέροξης ubi habes Δαρειαῖος, et Δαρειαίου ubi habes Ἀροξέροξου. Nec in propriis nominibus tantum, sed ubique a partibus melioris (ut mihi quidem videbatur) exemplaris stare volui: in incertis, alterutrum sine delectu, sequutus sum: sed ita ut alterius quoque lectionem in fine libri dederim, non in Ctésia solum, sed et in Agatharchide, et Memnone. Nam quod ad Appianum attinet, eius unicum exemplar nancisci potui. Sed hoc addere oblitus eram, non esse quod in nonnullis et propriis et appellativis nominibus, Ionici idiomatis terminationes in his ex Ctésiae libris ἐκλογαῖς reperire mireris, quum Ionica dialecto illos conscripsisse dicatur. quanquam, ut harum ἐκλογῶν testatur autor, ἐν τοῖς Ἰνδικοῖς μᾶλλον ἰωνίζει ἢ ἐν τοῖς Περσικοῖς.

Alterum autem quod te scire tua interesse existimo, hoc est. Ex Ctésiae scriptis haec ita fuerunt excerpta, ut is qui excerpserit, aliquando verba ipsius sola posuerit: interdum autem, et sane plurimum, sua illis admixta nobis dederit, simul etiam in pauca et velut in arctum ea quae ille latius ac fusius exposuerat, contrahens. Utro igitur potius an ἐκλογῶν an ἐπιτομῆς appellanda sint ea nomine, videamus. Ἐπιτομῆς appellationem dare solitos Graecos existimo iis quae ex scriptore aliquo ita describuntur, ut primum ordo idem qui apud eum est, servetur: deinde vero ipsa etiam verba (quantum fieri potest) sed ex multis pauca, aut ex

paucis paucissima, retineantur. Eos autem locos qui ex aliquo auctoris libro hinc inde, prout visum est, sed *ἀντολεξεί* describuntur, *ἐκλογάς* ab iis vocitari solitos fuisse arbitror. Nec vero Athenaeum cum alibi, tum vero ubi *ἐκλογάς δραμάτων ποιησάμενος* dicit, aliud hoc nomine significare voluisse crediderim. Quo fit etiam ut iis quae novissime in Germania editae fuerunt posteriorum Polybii librorum particulis, nequaquam *ἐπιτομῆς* sed *ἐκλογῶν* imponendum fuisse nomen putem, et ita putem, ut affirmare audeam. Nam quin illic habeantur illa ipsa Polybii verba, mihi, qui locos aliquot ex iis a quodam Graeco auctore (ab Athenaeo, si bene memini) quales illic sunt, ex Polybio citatos repererim: minime dubium amplius esse possit. Sed quod ad haec ex Ctesiae libris excerpta attinet, quum, ut dixi, nonnunquam ipsa auctoris verba et eum ipsum velut loquentem a nobis audiri faciat (ut Indic. cap. 25. *τὸν δὲ ἀστράγαλον κάλλιστον ὃν ἐγὼ εἶώρακα, οἷόν περ βοῶς καὶ τὸ εἶδος καὶ τὸ μέγεθος*) interdum vero, et multo frequentius id quidem, non *μιμητικῶς*, ut ita dicam, id est, non ipsum scriptorem loquentem inducendo, et verba quasi ex eius ore excipienda nobis relinquendo, sed *διηγηματικῶς*, id est, ipse nobis, quid apud Ctesiam legerit, narrans (ut Indic. cap. 4., quum dicit, *ἐξ οὗ (σιδήρου) καὶ δύο ξίφη Κτησίας φησὶν ἐσχηκέναι, ἐν παρὰ βασιλείῳ, καὶ ἐν παρὰ τῆς τοῦ βασιλείου μητρὸς Παρυσάτιδος. φησὶ δὲ περὶ αὐτοῦ, ὅτι etc.* Indic. item cap. 28., *καὶ φησὶν ἰδεῖν αὐτὸ (τὸ δένδρον) ὃ Κτησίας, καὶ ὄσφρανθῆναι ὄσμῆς, οἷας οὔτε εἰπεῖν ἦν, οὔτε εἰκάσαι.*) Quum, inquam, haec ita sint, nomen *ἐκλογάς* admittere nos hic ita oportet, ut quum quid proprie hac in re sig-

nificet, non ignoremus, ad receptum tamen apud autores usum significationem eius hic non esse restringendam, sed paulo latius extendendam sciamus. [Quae sequuntur, ad Agatharchidem et Memnonem pertinent; propterea omisi; nec non Elogium Ctesiae Cnidii ex Barnaba Brissonio, I. I. de regio Persarum principatu c. 233. p. 306 sqq. ed. Lederlin. petitem, unde nihil novi discas.]

Veterum quorundam testimonia de Ctesia eiusque scriptis, et dicendi genere.

- I. Διόδωρος ὁ Σικελιώτης βιβλιοθήκης ιστορικῆς ἐν τῷ δευτέρῳ.

Κτησίας δὲ ὁ Κνίδιος\*) τοῖς [καθ' Ἡρόδοτον] μὲν χρόνοις ὑπῆρξε κατὰ τὴν Κύρου στρατείαν ἐπὶ Ἀρταξέρξην τὸν ἀδελφόν· γενόμενος δὲ αἰχμάλωτος, καὶ διὰ τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην ἀναληφθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ἑπτακαίδεκα ἔτη διετέλεσε τιμώμενος

- I. Diodorus Siculus bibliothecae histor. lib. II.

[cap. 32. p. 146. ed. Wessel.] L. Rhodomanno interpr.

At Ctesias Cnidius, [Herodoto recentior,] sub expeditionem Cyri adversus Artaxerxem fratrem vixit. Captus enim, tunc, et ob artis medicae scientiam a rege in gratiam receptus, XVII. annos cum honore apud illum exegit.

\*) V. Walther. I. supra I. p. 99. et Addend. p. 367 sq. Optimi libri scripti omittunt verba uncis seiuncta. v. Wesseling. Vixit Ctesias Herodoti, etsi senioris, temporibus.

ὑπ' αὐτοῦ. οὗτος οὖν φησὶν ἐκ τῶν βασιλικῶν \*)  
 διαφθερῶν (ἐν αἷς οἱ Πέρσαι τὰς παλαιὰς πράξεις κα-  
 τὰ τινα νόμον εἶχον συντεταγμένας) πολυπραγμονῆσαι  
 τὰ καθ' ἕκαστα καὶ συνταξάμενον τὴν ἱστορίαν εἰς  
 τοὺς Ἕλληνας ἐξενεγκεῖν.

---

II. Στράβων γεωγραφικῶν βιβλ. ιδ'.

Ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι Κνίδιοι κ. τ. λ. Ἐντεῦθεν  
 δὲ καὶ Κτησίας ὁ ἰατρούσας μὲν Ἀρταξέρξην, συγ-  
 γράφας δὲ \*\*) τὰ Ἀσσυριακὰ καὶ τὰ Περσικά.

Hic e regiis membranis (in quibus res antiquas  
 Persae, iussu legis cuiusdam, ordine descriptas  
 habebant) studiose indagavit singula, inque hi-  
 storicum ordinem redacta ad Graecos transtulit.

---

II. Strabo rerum geographicarum lib. XIV. [cap. 2.  
 V. 3. p. 200. ed. stereot.] G. Xylandro interpr.

Cnidii viri memoria digni fuerunt etc.  
 Cnidius fuit etiam Ctesias Artaxerxis medico-  
 rum princeps, qui Syriaca scripsit et Persica.

---

\*) Membranis usos Persas, papyri vero et chartarum  
 usum ignorasse et hinc colligit Brissonius lib. 2. de  
 reg. Pers. [cap. 239. p. 606 sq. V. Wesseling. l. l. not.  
 95. A Persico vocab. *dufter*, quod significet *scriptum*,  
 (a *record, writing*) derivari posse Graec. διφθ. suspica-  
 tus est Rennell, *Geographic. System of Herodot.* p.  
 247. not. †.

\*\*) Ita legendum, ut Aldi codex habet, vel Ἀσσυρι-  
 κὰ ut est in vet. lib. nec recte ita Xylandrum Συρια-



## III. Σουίδας.

Κτησίας, Κτησιάρχου, ἢ Κτησιόχου, Κνίδιος ἰατρός· ὡς ἰάτρεισεν ἐν Πέρσῃσι Ἀρταξέρξην τὸν\*) Μνήμονα κληθέντα, καὶ συνέγραψε Περσικὰ ἐν βιβλίοις κ' καὶ τρισί.

IV. Ἰωάννης ὁ Τζέτζης. βιβλ. ἱστορ. τῷ Ἄλφα, χιλ. α'. στίχ. πβ'.

Ὁ δὲ Κτησίας ἰατρός, υἱὸς τοῦ Κτησιόχου, \*\*) Ἐξωρημένος πόλεως ἐκ Κνίδου τῆς Κυπρίας,

## III. Suidas. H. Wolfio interpr.

Ctesias, Ctesiarchi sive Ctesiochi filius Cnidius, in Persia medicus fuit Artaxerxis, cognomento Mnemonis. Scripsit Persica libris XXIII.

IV. Ioannes Tzetzes. lib. histor. Alpha dicto, Chil. I. vers. 82. — P. Lacisio interpr.

Ctesias autem medicus, filius Ctesiochi, profectus ex urbe Cnido Cypriae, qui cum Ar-

---

καὶ maluisse, ut vel ex initio Excerptorum e libris Ctesiae pateat, monet Is. Casaubonus ad Strabonis locum tam ad oram quam in Comm. [p. 239.] Brissonius itaque non recte eandem lectionem (Συριακὰ) sequutus videtur l. I. de reg. Pers. princ. l. l. [Confusio horum nominum frequentissima est. V. Poppo ad Cyrop. Xen. 1, 5, 2. p. 57.]

\*) Male Eudocia p. 268.: Ἀμείνονα.

\*\*) Vert. potius: *Profectus ex urbe Cnido Cypria, qui ab Artaxerxe captus, ut Cyri in pugna socius, in Persia etc.* manifestum id e prioribus Diodori, e quibus sine dubio ista cantillavit Tzetzes. quamvis, quod ad rem ipsam attinet, inter Diodorum et alios videatur dissensus, sicut et Brissonius dicto loco adnotavit.

Ὁς Ἀρταξέρξη κρατηθεὶς, ὡς συμμαχῶν τῷ Κύρῳ,  
 Ἐν Πέρσαις διετέλεσε χρόνους ἑπτὰ καὶ δέκα,  
 Βιβλοῖς τρεῖσι καὶ εἴκοσι τὰ Περσικὰ συγγράμματα.

V. Διονύσιος ὁ Ἀλικαρνασσεὺς, ἐν τῷ περὶ  
 συνθέσεως ὀνομάτων.

Ἡ δὲ τοῦ Θουκυδίδου λέξις, καὶ ἡ Ἀντιφῶντος  
 τοῦ Ῥαμνουσίου, καλῶς μὲν σύγκριται νῆ Δία, εἴπερ  
 τινὲς καὶ ἄλλαι \*), οὐ μὴν ἠδέως γε πάνυ· ἡ δὲ γε  
 τοῦ Κνιδίου \*\*) συγγραφέως \*\*\*) Κτησίου, καὶ ἡ  
 τοῦ Σωκρατικοῦ Ξενοφῶντος, ἠδέως μὲν ὡς ἐνι μά-  
 λιστα, οὐ μὴν καλῶς γε ἐφ' ὅσον ἔδει. λέγω δὲ κοι-

taxerxa victus, velut socius Cyro, in Persis  
 commoratus est annis septem et decem, libris  
 tribus et viginti Persicas res describens.

V. Dionysius Halicarnasseus de structura vel collo-  
 catione apta verborum. [V. 2. p. 9. ed. Wechel. c. 10.  
 ed. Schaeff.]

Dictio vero Thucydidis, Rhamnusiique An-  
 tiphontis, quod ad compositionem attinet, pro-  
 ba mehercle, si ullae aliae: non usque quaque  
 tamen suavis. At Cnidii illius historici Cte-  
 siae et Xenophontis suavis est quammaxime,  
 non tamen quantum oportebat proba. Dico au-  
 tem hoc in commune, non quod prorsus ita  
 habeat. nam et apud illos quaedam disposita

\*) Goeller. ad Dionys. l. 1. e cod. 1. post ἄλλαι ad-  
 didit verba: καὶ οὐκ ἂν τις αὐτὰς ἔχοι μέμψασθαι  
 κατὰ τοῦτο.

\*\*) συγγραφέως omitt. Ms. Dionys.; id. verba οὐ  
 μὲν καλῶς γε.

\*\*\*) Upton. ad Dionys.: Rerum Persicarum scriptor  
 sane fabulosus, Xenophonti aequalis.

## XXXVIII PRAEFATIO.

νότιον, ἀλλ' οὐχὶ καθάπαξ· ἐπεὶ καὶ παρ' ἐκείνοις ἤρροσται τινὰ ἠδέως, καὶ παρὰ τούτοις καλῶς.

---

VI. Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς, περὶ ἐρμηνείας, κεφ. περὶ ἐναργείας.

“Ὅπερ δὲ τῷ Κτησίᾳ ἐγκαλοῦσιν ὡς\*) ἀδολεσχοτέρῳ διὰ τὰς διλογίας, πολλαχῆ μὲν ἴσως ἐγκαλοῦσιν ὀρθῶς· πολλαχῆ δὲ οὐκ αἰσθάνονται τῆς ἐναργείας τοῦ ἀνδρός. τίθεται γὰρ ταῦτό, διὰ τὸ πολλάκις ποιεῖν ἔμφρασιν πλείονα. κ. τ. λ. καὶ ὅλως δὲ ὁ ποιητῆς οὗτος· ποιητὴν γὰρ αὐτὸν καλοῖη τις εἰκότως· ἐναργείας δημιουργός ἐστιν ἐν τῇ γραφῇ συμπάσῃ.

---

sunt suaviter, et contra apud hos nonnulla probe dicuntur.

---

VI. Demetrius Phalereus, de elocutione, cap. de perspicuitate orationis [§. 212. 215.]

Quod vero Ctesiae obiiciunt, loquaciorē scilicet esse ob verborum repetitiones, id quidem forte recte faciunt saepius: saepius tamen haud animadvertunt viri in dicendo perspicuitatem. reponit enim idem, ut inde significatio efficiatur expressior. etc. in summa, poeta iste, ita enim quis non inepte adpellaverit, perspicuitatis in tota scriptione est artifex. (Reliqua v. inter Fragmenta.)

---

\*) Galeana et Glasg. editio ἀδολεσχοτιέροφ. Sequens ἴσως Cod. Morelii omittit. Schneid. p. 171.

A. Schotti Regum Persicorum series ex Ctesia.

Rex.	Uxor.	Liberi.	Regnavit.	Mortuus.
I. Cyrus.	Amytis.	Gambyses et Tanyoxarces.	annosXXX	ex vulnere in proelio accepto.
II. Cambyses.	Roxane.	—	annos XVIII.	casu ictus suomet cultello.
III. Sphenadates magus, aliis: Smerdes.	—	—	menses VII.	a VII. coniuratis interfectus.
IV. Darius Hystaspae filius.	—	Xerxes.	annos XXXI.	post XXX. dierum morbum.
V. Xerxes. *	Amistris.	Dariaeus, Hystaspes, Artaxerxes, Achaemenides, Artarius, Amytis et Rhodogune.	annos XXII. aliis auctoribus.	ab Artapano et Spamitre peremptus.
VI. Artaxerxes Longimanus appellatur.	Damaspia.	Xerxes solus legitimus: spurii XVII. inter quos Secyndianus et Ochus postea in regnum successerunt.	annos XLII.	morte naturali.
VII. Xerxes alter.	—	—	dies XLV.	Secyndiani et Pharnaciae manu.
VIII. Secyndianus, aliis Sogdianus.	—	—	mens. VI. dies XXV.	in cinerem coniectus.
IX. Ochus, qui et Dariaeus, Darius Nothus aliis.	Parysatis.	Arsaces, Cyrus, Artostes, Oxendras et alii XIII., qui cito vita abierunt. Amistris filia.	annos XXXV.	ex morbo, Babylone.

\* Artapanus Xerxae peremptor ab aliis hic inseritur, et dicitur regnum tenuisse menses VII. eadem morte, qua Artaxerxem statuerat e medio tollere.

Rex.	Uxor.			
X. Arsa- ces, idem- que muta- to nomine Artaxer- xes, aliis Mnemon cognomi- natus*.	Stateira.			

\* Adversus hunc Cyrus frater consurgens in proelio occubuit. Reliqua huius dabit Plutarch. in Artoxerxe. Quae de successione Regum Persarum leguntur in Aeschylī Persis inde a v. 765 sqq., non temere alibi invenias. v. qui laudati sunt in Fabricii Bibl. Gr. V. II. p. 174. quibus adde Schütz. in comment. ad illos versus.

Quae in annotationibus sunt literae *D. H.*, significant nomen Davidis Hoeschelii; *H. S.*, Henrici Stephani; *A. S.*, Andreae Schotti. *Max. Marg.* codicem Photianae Bibliothecae Max. Margunii. *Lib. Bav.* eiusdem Bibliothecae codicem Bavaricum. Ubi in annot. unci appositi sunt, ea, praeter alia, a me addita esse cogita. Ceterum in graecis haec esse corrigenda vidi. P. 7. v. 1. leg. *ληφθέντα*. p. 29. v. 9. *Ἀροῦσιον*. p. 35. v. 1. *καταράτος*. p. 94. v. 9. *γυναικες*. P. 24. §. 15. annot. y, fin. *Montem* idcirco dictum fuisse videri *duplicem*, quod lunae falcis instar sit ab extrema parte, annotavit *Horck*, in veteris Mediae et Persiae Monumentis p. 17, a. in quo libro alia etiam reperias, Otesiae Persica illustrantia, ut quae de Pasargadis, p. 62 sqq. de Ecbatanis p. 144 sqq. de Zarina eiusque sepulcro V. D. disputavit, ut alia taceam. Praeterea superest, ut admoneam, me *Osiandri* scriptum: *de Ctesiae falso Smerde* adhuc bibliopolae ope nancisci non potuisse, quod vehementer dolui, propterea quod quaedam ad Ctesiam pertinentia inde excerpere me posse putabam.

**ΚΤΗΣΙΟΥ  
ΤΟΥ ΚΝΙΔΙΟΥ ΠΕΡΣΙΚΑ.**



**CTESIAE PERSICA.**

THE UNIVERSITY OF  
MICHIGAN LIBRARY



ANN ARBOR, MICHIGAN

---

ΕΚ ΤΩΝ  
**ΚΤΗΣΙΟΥ**  
ΤΟΥ ΚΝΙΔΙΟΥ ΠΕΡΣΙΚΩΝ  
ΕΚΔΟΓΑΙ.

---

1. *Κτησίου* <sup>a)</sup> τοῦ Κνιδίου τὰ Περσικά ἐν βιβλίοις ἔστι γ'. ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς πρώτοις ἕξ τὰ τε Ἀσσύρια διαλαμβάνει καὶ ὅσα πρὸ τῶν Περσικῶν ἀπὸ μέντοι τοῦ ζ' τὰ Περσικά διεξέρχεται, καὶ ἐν μὲν τῷ ζ' καὶ

Ex CTESIAE scriptis,  
quae PERSICA nominata sunt, excerptae a PHOTIO historiae.

*Latinitate donatae ab Henr. Stephano.*

---

1. Ctesiae Cnidii Persica libris viginti tribus continentur: sed in sex prioribus res Assyriorum et quaecunque res Persicas praecessere, tractat: a septimo autem libro de Persicis rebus agit:

---

a) Ἀνεγνώσθη βιβλίον Κτησίου τοῦ Κνιδίου τὰ Π. ἐν βιβλίοις γ'. D. H. i. e. Lecta Ctesiae Cnidii Persica, in libros distributa tres supra viginti etc. Immutata haec sunt, quia iam seorsim Ctesiae historia legitur.



ἡ καὶ ι' καὶ ια' καὶ ιβ' καὶ ιγ' διέξεισι τὰ περὶ Κύ-  
ρον καὶ Καμβύσου καὶ <sup>b)</sup> τοῦ Μάγου. Δαρείου τε  
καὶ τοῦ Ξέρξου· σχεδὸν ἐν ἅπασιν ἀντικείμενα <sup>c)</sup> Ἡρο-  
δότῳ ἱστορῶν, ἀλλὰ καὶ ψεύστην αὐτὸν <sup>d)</sup> ἀποκαλῶν  
ἐν πολλοῖς, καὶ <sup>e)</sup> λογοποιὸν <sup>f)</sup> ἀποκαλῶν. καὶ γὰρ  
νεώτερος μὲν ἐστὶν αὐτοῦ· φησὶ δὲ αὐτὸν, τῶν πλειό-  
νων ἃ ἱστορεῖ, αὐτόπτην γενόμενον, ἢ παρ' αὐτῶν Περ-  
σῶν (ἐνθα τὸ ὄραν μὴ ἐνεχώρει) αὐτήκοον καταστάν-  
τα, <sup>g)</sup> οὕτως τὴν ἱστορίαν συγγράψαι. οὐχ Ἡροδότῳ  
δὲ μόνῳ τὰναντία ἱστορεῖ, ἀλλὰ καὶ πρὸς Ξενοφῶντα

at in septimo, octavo, nono, decimo, undecimo, duodecimo et decimo tertio, quae ad Cyrum et Cambysen et Magum illum, Dariumque et Xerxem spectant, commemorat: fere in omnibus repugnantia Herodoto narrans, illumque in multis mendacem et scriptorem fabularum appellans; illo enim posterior est. Se autem eorum, quae narrat, magna ex parte oculatum testem fuisse, aut certe, quae videre non licuit, de iis a Persis qui viderant, edoctum, ita demum ea me-

*b) Sphendadatem* infr. nominat c. 10. 11. 15. Herodotus *Smerden. A. S.*

*c) Qui de quatuor hisce duntaxat scripsit: Ctesias vero his alios quinque adiecit. A. S.*

*d) Videtur prius hoc participium esse expungendum. H. S.*

*e) Larcher.: inventeur de fables. Harles. ad Fabric. Bibl. Gr. V. I. p. 624.: λογοποιός, i. e. fabulator, qui fabulas finxit, non, ut saepe vertitur, fabularum scriptor." v. quos laudavit Maium et Heumannum. Larch. ad defendendum Herodotum apposite confert eius lib. 1. c. 95.: 'Ὡς ὦν Περσέων μετεξέτεροι λέγουσι, οἱ μὴ βουλόμενοι σεμνοῦν τὰ περὶ Κύρον, ἀλλὰ τὸν ἰόντα λέγειν λόγον, κατὰ τὰῦτα γράψω, ἐπιστάμενος περὶ Κύρον καὶ τριφασίας ἄλλας λόγων ὁδοὺς φῆναι.*

*f) al. ἐλέγχων. D. H. — g) οὕτω. D. H.*

τὸν Γρύλλον ἐπ' ἐνίων διαφρονεῖ. ἤμασε δὲ ἐν τοῖς χρόνοις Κύρου τοῦ ἐκ <sup>h)</sup> Δαρείου καὶ Παρυσάτιδος, ὃς ἀδελφὸς <sup>i)</sup> Ἀρτοξέρξου (εἰς ὃν ἡ Περσικὴ βασιλεία κατήλθεν) ἐτύγχανεν.

2. Φησὶν οὖν αὐτίκα περὶ τοῦ <sup>k)</sup> Ἀστυάγου, ὡς οὐδὲν αὐτῷ <sup>l)</sup> Κῦρος πρὸς γένος ἐρημάτιζεν· οὗτος δὲ αὐτὸν καὶ Ἀστυγᾶν καλεῖ. φυγεῖν δὲ ἀπὸ προπάπου Κύρου <sup>m)</sup> Ἀστυγᾶν ἐν Ἐκβατάνοις, καὶ κρυφθῆναι ἐν τοῖς <sup>n)</sup> κρισκράνοις τῶν βασιλείων οἰκημάτων,

moriae dicit. Nec vero tantummodo ab Herodoti, sed etiam in aliquibus a Xenophontis Grylli filii historia dissentit. Floruit temporibus Cyri Dario et Parysatide geniti: qui frater fuit Artoxerxis ad quem regnum Persicum devenit.

2. Scribit itaque statim de Astyage nulla Cyrum ipsi generis propinquitate fuisse iunctum, illumque etiam Astyigan vocat. Fugisse autem Astyigan a conspectu Cyri in Ecbatana, et in criscranis regiarum aedium ab Amyti filia

<sup>h)</sup> *Dariaeum* hunc, non *Darium*, in iis quae sequentur vocat. v. c. 48. *A. S.*

<sup>i)</sup> De quo infra c. 56. etc. *A. S.*

<sup>k)</sup> De Astyage, Amyti, Oebare et Petesaca (ut ibi scribitur) vide ex Ctesia quae breviter excerpit Ioan. Tzetzes in Chiliadib. hist. 1. in fine. *A. S.* v. Fragmm.

<sup>l)</sup> Κῦρος *D. H.* et sic semper. Ceterum Cyrus hic maior est, de quo hanc Ctesiae narrationem multo probabiliorem, quam Herodoti, iudicavit *Gedoyne*. l. supra l. p. 249. Locum Larcher. vertit: *Cyrus ne le reconnoissoit pas pour son parent.*

<sup>m)</sup> Max. Marg. codex Ἀστυῖων.

<sup>n)</sup> Alii κρισκράνοις. Vulgatum *Gedoyne*. vertit: *dans un coin du palais*; vocab. videri esse persicae originis, quod fortasse ne Photius quidem intellexerit. Non male Iungerman. ad Polluc. Onomast. 7, 27, 121. p. 774. ed. Hemsterhus. legi commode posse coniecit: κιοκράνοις, vel κιογοκράνοις, ita ut post capitella co-

κρυψάντων αὐτὸν τῆς τε θυγατρὸς ο) Ἀμύτιος καὶ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς Σπιταμᾶ. ἐπιστάντα δὲ Κύρον, ἐπιτάξαι ἀνακρίνειν διὰ στρεβλώσεων Σπιταμᾶν τε καὶ ρ) Ἀμυτιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν Σπιτάκην τε καὶ Μεγαβέρνην, περὶ Ἀστυγᾶ. τὸν δὲ ἑαυτὸν προσαγγεῖλαι, ἵνα μὴ δι' αὐτὸν στρεβλωθείησαν οἱ παῖδες.

sua et eius viro Spitama occultatum fuisse dicit. At supervenientem Cyrum, non solum Spitaman et Amytin sed eorum etiam liberos Spittacem ac Megabernem de Astyiga per tormenta interrogari voluisse. Astyigan vero se ipsum patefecisse, ne propter se pueri torquerentur,

---

lumnarum lateret. Probavit etiam hanc emendationem Schneid. in Lexic. Gr. sub h. v. Vulgatum *scrinia* interpretatus est Hederic. in Lexic. *lieu où l'on gardoit les archives de la nation*. Ex Persica lingua derivat *Sylvestre de Sacy* apud Larcher. p. 254.: „Le mot *κρίσκρανα* peut être formé de deux mots persans, *ghiriz*, fuga, et *Khanch*, domus. *Ghiriz-Khanch*, signifiera domus ou cubiculum refugii, comme on dit en Persan *ghiriz-ghiah*, locus refugii, asylum. Dans le mot *ghiriz*, le premier i doit à peine se prononcer; ainsi il est bien rendu par la syllabe *κρiς*. Quant au mot *Khanch*, la consonne par laquelle il commence, répond au mouvement que l'on fait pour cracher en approchant la racine de la langue du palais supérieur. Il n'est pas étonnant, qu'on l'ait rendue par *κρ*, puisque nous exprimons ce même jeu des organes par *cr* dans le mot *cracher*, et les Latins aussi dans le mot *screare*. Le mot *Khanch* entre dans la composition d'un nombre infini de mots persans, tels que *Scherbet-khanch*, *Mirch-khanch*, *Kahre-khanch*, *Magasin des sorbets*, *des fruits*, *du café*. *Kitab-khanch*, *Bibliothèque*, *Top-khanch*, *Arsenal de l'artillerie*, etc. On pourroit trouver quelque autre etymologie du mot *κρίσκρανα*, mais celle-ci me paroît la plus naturelle.“

ο) Ἀμύντιος. D. H. — ρ) Ἀμυτιν. D. H.

ληφθέντα δέ, πίδαις παχείαις ὑπὸ Οἰβαρᾶ δεθῆναι. λυθῆναι δὲ ὑπ' αὐτοῦ Κύρου μετ' οὐ πολὺν, καὶ ὡς πατέρα τιμηθῆναι. καὶ τὴν θυγατέρα <sup>q)</sup> Ἄμυτιν πρῶτον μὲν μητρικῆς ἀπολαῦσαι τιμῆς, ἔπειτα δὲ καὶ εἰς γυναῖκα ἀχθῆναι τῷ Κύρῳ, Σπιταμᾶ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἀνηρημένου, ὅτι ἐφύσατο, ἀγνοεῖν εἰπὼν ἐρευνώμενον Ἀστυϊγᾶν. Ταῦτα λέγει Κτησίας περὶ Κύρου, καὶ οὐχ οἷα Ἡρόδοτος. <sup>r)</sup> καὶ ὅτι πρὸς <sup>s)</sup> Βακτρίους ἐπολέμησε, καὶ ἀγχώματος ἢ μάχης ἐγένετο. ἐπεὶ δὲ Βάκτριοι Ἀστυϊγᾶν μὲν, πατέρα Κύρου γεγεννημένον, Ἄμυτιν δὲ μητέρα καὶ γυναῖκα, ἔμαθον, ἑαυτοὺς ἐκόντες Ἄμυτι καὶ Κύρῳ παρέδοσαν.

captumque et compedibus gravibus ab Oebara oneratum esse: nec multo post ab ipso Cyro liberatum et non secus ac patrem honoratum observatumque fuisse: filiamque Amytin primum quidem tanquam matrem in honore habitam, postea vero Cyro nupsisse, quum Spitamas eius vir esset interfectus, propterea quod dum quaeretur Astyigas ignorare se illum mentitus esset de quo interrogabatur. Haec dicit Ctesias de Cyro, iis quae ab Herodoto referuntur dissimilia. Itemque illum adversus Bactrios pugnasse, et eam pugnam aequo Marte gestam fuisse. sed Bactrianos, postquam Astyigan Cyri patrem factum esse, Amytin autem matrem et uxorem, intellexerunt, sponte se ipsos Amyti et Cyro dedidisse.

q) Ἄμυτιν et sic passim. *D. H.*

r) Addere etiam licet: et quae a Xenophonte traduntur, qui rem alio etiam modo enarravit. *Larcher.* p. 255.

s) Nullam huius belli mentionem iniicit Herodotus *Larcher.* p. 255 sq.

3. Καὶ ὅτι πρὸς <sup>ι)</sup> Σάκας ἐπολέμησε Κῦρος, καὶ συνέλαβεν Ἀμόργην τῶν Σακῶν μὲν βασιλέα, ἄνδρα δὲ <sup>υ)</sup> Σπαμίθρης· ἥτις καὶ μετὰ τὴν ἄλωσιν τοῦ ἀνδρὸς, στρατὸν συλλέξασα, ἐπολέμησε Κῦρον, ἀνδρῶν μὲν στράτευμα, τριάκοντα μυριάδας ἐπαγομένη, <sup>υ)</sup> γυναικῶν δὲ, εἴκοσι. καὶ νικᾷ Κῦρον, καὶ συλλαμβάνει ζωγρίαν, μετὰ καὶ ἄλλων πλείστων· Παρμίσην τε τὸν Ἀμύτιος ἀδελφόν, καὶ τρεῖς αὐτοῦ παῖδας· δι' οὓς ὕστερον καὶ Ἀμόργης ἀφείθη, ἐπεὶ κάκεινοι ἀφείθησαν.

4. Καὶ ὅτι στρατεύει Κῦρος ἐπὶ Κροῖσον καὶ πόλιν Σάρδεϊς, συνεργὸν ἔχων Ἀμόργην. ὅπως τε τῇ

3. Tradit etiam, Cyrum cum Sacis bellum gessisse, et Amorgem Sacarum regem Spamithrae maritum cepisse: eam autem, capto marito, exercitum coëgisse, bellumque Cyro intulisse et virorum quidem trecenta millia, mulierum vero ducenta in aciem eduxisse: et Cyrum superavisse, vivumque eum cum multis aliis cepisse: itemque Parmisem Amytis fratrem et tres eius filios: propter quos postea Amorgem liberatum fuisse, quod et ipsi liberati fuissent.

4. Tradit etiam, Cyrum Amorgis ope adiutum, Croeso et Sardibus bellum intulisse.

---

ι) De Sacis et hoc Cyri bello varia scripsit Strabo I. 11. [p. 780, A. c. 8. V. 2. p. 431 sq. ed. Ster.] *A. S. Scythas* alii scriptores nominant; scil. Persae Scythis Sacarum nomen impertiverunt. v. Herodot. 7, 64. cf. Orell. Supplem. Nott. in Nicol. Damasc. p. 23. Plin. H. N. 6, 19. V. 1. p. 372. ed. Bip. *Rennell., Geograph. System of Herodot.* p. 213 sqq.

υ) [*Σπαρέθρης, D. H.*] Alii Tomyrin vocant. cf. *Rennell., l. 1. p. 227 sq.*

υ) cf. Diodor. 2, 34., quae leges inter fragmenta.

βουλῇ Οἰβαραῖ <sup>ω)</sup> Περσῶν εἰδῶλα <sup>x)</sup> ξύλινα ἀνὰ τὸ τεῖχος φανέντα, εἰς δέος μὲν κατέστησε τοὺς ἐνοικοῦντας, ἦλω δὲ διὰ ταῦτα καὶ αὐτὴ ἡ πόλις. ὅπως τε πρὸ τῆς ἀλώσεως δίδεται ὁ παῖς Κροῖσου ἐν ὁμήρου λόγῳ, δαιμονίου φαντάσματος ἀπατήσαντος Κροῖσον. ὅπως τε δολοφράφουντος Κροῖσου, ὁ παῖς κατ' ὀφθαλμοὺς ἀναιρεῖται· καὶ ὅπως ἡ μητὴρ τὸ πάθος ἰδοῦσα, ἑαυτὴν τοῦ τείχους ἀποκορημνίζει, καὶ οὐ θνήσκει. ὅπως τε, ἀλούσης τῆς πόλεως, πρὸς τὸ ἐν τῇ πόλει ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος <sup>γ)</sup> καταφεύγει, καὶ θνήσκει. καὶ

Narrat etiam, quomodo Oebarae consilio lignea Persarum simulacra in muro conspecta timorem incolis iniecerint, et propter hanc causam ipsa urbs capta fuerit: et quo pacto ante captam urbem, Croesi filius pro obside datus fuerit, quum Croesus divino quodam spectro deceptus fuisset. Narrat etiam quomodo dolos nectente Croeso, filius in eius conspectu fuerit interfectus, et mater hanc calamitatem intuita se ipsam ex muro praecipitarit, nec tamen mortua sit:

<sup>ω)</sup> Schol. m. s. ὄρα τὴν τῶν εἰδώλων ἐμφάνισιν.

<sup>x)</sup> Ξύλινα λέγει πρόσωπα Σάρδεσιν ἐπιστῆσαι, Ἐν ὑπερμήκεσι κοντοῖς, Νεκτὸς ἐνδεδυμένα. Ioan. Tzetz. Chil. α. [90 sq.] Liban. qui verba Ctesiae ipsa retulerit, conferri iubet Gedoyn.; frustra se Liban. in hanc rem evolvisse testatur Larcher. p. 258. Theonis progymnasm. in mente habuisse videtur Gedoyn. V. inter fragmm. Pers. XXXI.

<sup>γ)</sup> Καταφεύγει ὁ Κροῖσος, κ. Σ. D. H. Croesus confugerit, perieritque. Negantem hinc particulam in praecedentem paullo ante versum perperam translata (ibi οὐ θνήσκει) plane mihi persuadeo. Alii ommissa voce Croesi haec ad eius uxorem referunt. A. S. Larcher. antea vertit: et elle se tua, ommissa negandi particula, quam contra postea addendam esse censuit; Croesum enim non mortuum esse, ex iis quae sequantur apparere.

ὡς τρεῖς ἐν τῷ ἱερῷ πεδηθεὶς ὑπὸ Κύρου, λύεται τρίτον ἀοράτως· καίτοι σφραγίδων τῷ ἱερῷ ἐπικειμένων, καὶ τούτων τὴν φυλακὴν Οἰβαρᾶ ἐμπειπιστευμένου. ὅπως τε οἱ συνδούμενοι Κροίσῳ, τὰς κεφαλὰς ἀπέτεμνοντο, ὡς καταπροδιδόντες λυεσθαι Κροῖσον. καὶ ὅτε ἀναληφθεὶς ἐν τοῖς βασιλείοις, καὶ δεθεὶς ἀσφαλέστερον, <sup>z)</sup> βροντῶν καὶ σκηπτῶν ἐπενεχθέντων, λύεται πάλιν· καὶ τότε μόλις ὑπὸ Κύρου ἀφίεται. ἐξ οὗ καὶ περιείπετο; καὶ ἔδωκε Κύρος Κροίσῳ πόλιν μεγάλην <sup>a)</sup> Βαρήνην, ἐγγὺς Ἐκβατάνων· ἐν ἣ ἦσαν ἵππεῖς μὲν

et quomodo, capta urbe, ad Apollinis aedem, quae erat in urbe, confugerit, ac mortua sit; et quomodo tertium in templo victus a Cyro Croesus, tertium arte oculos fallente solutus sit, quamvis templo sigilla circumposita essent, eorumque custodia Oebarae commissa esset: quomodo item illis qui una cum Croeso vincti fuerant, amputata fuerint capita, ut quorum prodicione solutus Croesus esse putaretur. Narrat etiam, Croesum in regias aedes adductum vincitumque firmitus fuisse: sed quum tonitrua fulminaue irruissent, rursus fuisse solutum: tumque Cyrum vix tandem eum missum fecisse. a quo tempore Cyrus cum aliis humanitatis officiiis eum prosequutus sit, tum vero urbem magnam nomine Barenen prope Ecbatana ei do-

z) Narrationem Herodoti multo esse veri similiorem monuit Larcher. p. 258. not. 14. cf. Simson. Chronic. ad a. 3460. P. 3. p. 127 sq.

a) Hinc forsitan Steph. Byzant. Βαρήνη, πόλις Μηδίας, ἐγγὺς Ἀγβατάνων. qui et de huius vocis scriptura: Κτησίας πανταχοῦ τῶν Περσικῶν τὰ παρὰ Μήδοις Ἀγβάτανα διὰ τοῦ α γράφει· παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαίοις διὰ τοῦ ε. Vide alibi plura. A. S. Locum habebis inter fragmenta.

πεντακισχίλιοι, πελτασταὶ δὲ καὶ ἀκοντισταὶ καὶ τοξόται, μύριοι.

5. Ἐτι <sup>b)</sup> δὲ διαλαμβάνει ὡς ἀποστέλλει Κῦρος ἐν Περσίδι <sup>c)</sup> Πετισάκων τὸν <sup>d)</sup> ἡμιάρρηνα, μέγα παρ' αὐτῷ δυνάμενον, ἐνέγκαι ὑπὸ <sup>e)</sup> Βαρκανίων Ἀστυγᾶν. ἐπόθει γὰρ αὐτός τε καὶ ἡ θυγάτηρ Ἀμυτις τὸν πατέρα ἰδεῖν. καὶ ὡς Οἰβαρᾶς βουλευεῖ <sup>f)</sup> Πετισάκα ἐν ἐρήμῳ τόπῳ καταλιπόντα Ἀστυγᾶν, λιμῶν καὶ δίψῃ

naverit: in qua erant quinque millia equitum, peltatorum autem iaculatorumque et sagittariorum decem millia.

5. Commemorat item, quomodo Cyrus Petisacan eunuchum, qui apud ipsum plurimum auctoritate valebat, in Persas miserit, ut Astyigan a Barcaniis adduceret. nam et ipse et Amytis filia patrem videre cupiebat. Quomodo item Oebaras consilium dederit Petisacae ut in de-

b) Δὲ καὶ λαμβάνει. *D. H.*

c) Max. Marg. Πετησακᾶν. [*D. H.* Πετισακᾶν.]

d) [ἐνοῦχον, μεγάλως *D. H.* in marg.] γρ. ἐνοῦχον μεγάλως sic et in aliis omnibus locis in quibus ἡμιάρρηνα habes. *H. S.*

e) *Carmaniorum* terram intelligendam et restituendam esse putat Larcher., propterea quod *Barcaniorum* (cf. infr. c. 8.) nullibi nisi apud Stephan. Byz. sub h. nomine (ex Ctesiae fortasse exemplari vitioso) mentio facta sit, (*Barcanos* nominat Curtius III. 2. cf. *Rennell.* I. I. p. 304.) quodque Astyigas in deserta loca missus fuerit, quae multa sint in Carmania, quae pars fuerit Persiae. (cf. Herodot. 1, 225.) Sed vv. ἐν Περσίδι male interpretes Latin. et Larch. ad Astyigan retulisse mihi videntur; sic enim εἰς Περσίδα dicendum fuisset. Intellig.: narrat Ctesias, quomodo Cyrus, qui in Perside erat, Petisacan miserit ut Astyigan a Barcaniis adduceret. v. Diodor. 2, 2. inter fragmenta.

f) Πετισάκων *D. H.* et ad oram Πετισακᾶν. Πετισάκα Max. Margunii codex.



ἀπολέσαι· β) καὶ γέγονε. δι' ἐνυπνίων δὲ τοῦ μιάσμα-  
τος μηνυθέντος, Πετισάκας, πολλάκις αἰτησαμένης  
Ἀμύτιος, εἰς τιμωρίαν παρὰ Κύρου ἐκδίδοται. ἡ δὲ  
τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύξασα καὶ τὸ δέριμα περιδείρασα,  
ἀνεσταύρωσεν· Οἴβαρᾶς δὲ δεδιὼς μὴ τὰ ὅμοια πείσε-  
ται, καίτοι Κύρου μηδὲν τοιοῦτον ἰσχυριζομένου παρα-  
χωρήσαι, αὐτὸς ὅμως ἀποκαρτερήσας δι' ἡμερῶν δέκα,  
ἑαυτὸν <sup>h)</sup> ἐξήγαγεν. Ἀστυγᾶς δὲ μεγαλοπρεπῶς ἐτά-  
φη. καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ δὲ ἄβρωτος αὐτοῦ διέμεινεν ὁ  
νεκρός. λέοντες γὰρ <sup>i)</sup> αὐτοῦ (φρασί) <sup>k)</sup> Πετισά-  
κα πάλιν <sup>l)</sup> ἔλθειν καὶ ἀναλαβεῖν, ἐφύλαττον τὸν νεκρόν.

serto loco Astyigan relinqueret, et fame sitique  
conficeret. id quod factum est. At in somnis  
scelere patefacto, Petisacas puniendus traditur  
Amyti, identidem illud exposcenti. Illa vero  
oculos eius effodit, pellemque detraxit, et cruci  
deinde affixit. Oebaras autem timens, ne eadem  
quae ille pateretur, quamvis Cyrus nihil tale  
se permissurum affirmaret, nihilominus decem  
dierum inedia ipse sibi mortem conscivit. Asty-  
igas vero magnifice splendideque sepultus est,  
quippe in deserto loco cadaver eius intactum  
permansit, neque fuit a feris comesum; leones  
enim cadaver eius, donec Petisacas reversus ac-  
ciperet, servabant.

g) Rem eodem fere modo (Ctesiam fortasse secutus)  
narrat Isocrat. in Evagor. V. II. p. 87. [p. 380. ed. Wolf.  
a. 1613.] Aliter Herodot. 1, 130. Larcher.

h) Hemsterhus. ad Polluc. Onom. 9, 8, 153. p. 1137.  
restituendum Ctesiae iudicavit verbum ἐξεργάζεσθαι et  
scribendum: ἐξήργασεν, confecit.

i) αὐτοῦ, φησὶ μ. Πετισάκα. D. H. et ad oram  
Πετισακά.

k) Puto legendum Πετισάκαν, ut sit accusativus. H. S.

l) Ante scilicet quam in suspicionem criminis vene-  
rit. Larcher.

6. Κῦρος δὲ στρατεύει ἐπὶ <sup>m)</sup> Δέρβικας, Ἀμοραίου βασιλεύοντος αὐτῶν· καὶ ἐξ ἐνέδρας οἱ Δέρβικες ἰσθῶσιν ἐλέφαντας, καὶ τοὺς ἰππεῖς Κύρου τρέπουσι· καὶ πίπτει καὶ αὐτὸς Κῦρος ἐκ τοῦ ἵππου, καὶ Ἰνδὸς ἀνὴρ· (<sup>n)</sup> συνεμάχοντο γὰρ καὶ Ἰνδοὶ τοῖς Δερβικεσιν, ἐξ ὧν καὶ τοὺς ἐλέφαντας ἔφερον.) οὗτος οὖν ὁ Ἰνδὸς <sup>o)</sup> πεπτωκότα Κῦρον βάλλει ἀκοντίῳ ὑπὸ τὸ ἰσχίον, εἰς τὸν μηρόν· ἐξ οὗ καὶ τελευτᾷ. τότε δὲ ζῶντα ἀνελόμενοι αὐτὸν οἱ οἰκεῖοι, ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἤεσαν.

6. Cyrus autem adversus Derbices expeditionem suscipit, quorum rex erat Amoraeus: At Derbices ex insidiis producant elephantes, ac Cyri equites fugant. ubi ipse Cyrus ex equo cecidit et quidam Indus, (nam Indi Derbicibus in bello opem ferebant: a quibus etiam acceptos elephantes ducebant.) hic igitur Indus, quum Cyrus iam cecidisset, eum iaculo vulneravit sub coxa in femore: ex quo vulnere postea mortuus est. tum vero ipsum adhuc vivum, quum familiares sui erexissent, ad castra profecti sunt. Occubuerunt autem in pugna illa

---

<sup>m)</sup> Derbiccae (inquit Steph. Byzant.) populus est Hircanis vicinus. Apollonius duplex c̄c̄ scribit. Ctesias vero Derbios vocat, aut Terbissos. *A. S.* [v. infr. fragmm.] cf. Ptolem. Geogr. 6, 10. p. 183. Strab. 11. p. 782. Plin. H. N. 6, 16. p. 314. *Larcher.*

<sup>n)</sup> συνεμάχων. *D. H.*

<sup>o)</sup> Cyri mortem alii aliter narrant. v. Herodot. 1, 214. Xenoph. Cyrop. 8, 6. et 7. cf. Simson. Chronic. ad a. 3475. P. 4. p. 6. Ctesiae narrationem cum Xenophontis maximam partem conspirantem in hac certe re, maxime probabili, praefendam esse censent Galli *Pelloutier* (*Mém. de l'Acad. de Berlin.* T. 10. p. 476. et *Hist. des Celtes* T. 3. p. 123. ed. *Chiniac.*) et *Ste-Croix* (*Examen crit. des Hist. d'Alex.* p. 424 sq. ed. II.

ἀπέθανον δὲ ἐν τῇ μάχῃ καὶ Περσῶν πολλοὶ καὶ Δερβικῶν ἴσοι. μύριοι γὰρ καὶ αὐτοί.

7. Ἀμόργης δὲ περὶ Κύρου ἀκούσας, σπουδῇ παραγίνεται, ἔχων Σακῶν δισμυρίους ἰππέας. καὶ πόλεμον σφραγέντος Περσῶν καὶ Δερβικῶν, νικᾷ κατακράτος ὁ Περσικὸς καὶ Σακῶν στρατός. ἀναιρεῖται <sup>p)</sup> δὲ καὶ ὁ Δερβικῶν βασιλεὺς <sup>q)</sup> Ἀμοραῖος, καὶ αὐτὸς καὶ οἱ δύο παῖδες αὐτοῦ. ἀπέθανον δὲ Δερβικῶν μὲν τρισμύριοι, Περσῶν δὲ ἐννεακισχίλιοι. καὶ προσεχώρησεν ἡ χώρα Κύρῳ.

8. <sup>r)</sup> Κύρος δὲ μέλλων τελευτᾶν, Καμβύσην μὲν τὸν πρῶτον υἱόν, βασιλέα <sup>s)</sup> καθίστη. <sup>\*)</sup> Ταννο-

multi Persae, et aequales numero Derbices. nam illorum quoque X. millia cecidere.

7. Amorges vero quum audivisset quod Cyro contigerat, festinanter venit, Sacarum equitum viginti millia ducens: et quum Persae ac Derbices inter se conflixissent, tam strenue Persae ac Sacae pugnarunt, ut penes eos victoria fuerit: interfecto Derbicum rege Amoraeano, cum duobus eius filiis. Occubuerunt autem Derbicum XXX. millia, Persarum IX. millia: et regio in ditionem Cyri concessit.

8. Cyrus vero sub mortis tempus Cambyssem primum filium regem creavit: iuniorum

p) Δὲ ὁ. D. H.

q) Alii Ἀμορραῖος. D. H. in marg.

r) Ex iis quae ante mortem sua sponte et ex arbitrio Cyrus aliique reges constituerunt, (cf. c. 10. 39. Chardin. Voyages V. 3. p. 296.) quantum imperium exercuerint, nullo adhibito principum consilio, apparet. cf. Heeren. Ideen V. 1. P. 1. p. 351. ed. Vien.

s) καθίστησε. D. H. in marg.

\*) Smerden Cyri perpetuo Herodotus nominat. cf. Heeren. Ideen V. 1. P. 1. p. 301.

ξάρκην δὲ τὸν νεώτερον, <sup>t)</sup> ἐπέστησε δεσπότην <sup>u)</sup> Βακτριῶν καὶ τῆς χώρας, καὶ Χοραμνίων, καὶ Παρθίων, καὶ Καρμανίων, ἀτελεῖς ἔχειν τὰς χώρας <sup>v)</sup> διορισάμενος. τῶν δὲ Σπιταμᾶ παίδων, <sup>w)</sup> Σπιτάδην μὲν, Δερβικῶν ὑπέδειξε σατράπην, Μεγαβέρουην δὲ, <sup>x)</sup> Βαρκανίων. τῇ μητρὶ δὲ πάντα πειθεσθαι προσέτατε. καὶ Ἀμόργην φίλον τούτοις, τῶν δεξιῶν ἐμβαλλομένων, ἐποιήτο, καὶ ἀλλήλοις· καὶ τοῖς μὲν ἐμμένουσι ταῖς πρὸς ἀλλήλους ἐννοιαῖς ἀγαθὰ ἤνευτο, ἐπηρεᾶτο δὲ τοῖς <sup>y)</sup> χειρῶν ἄρχουσιν ἀδίκων. ταῦτα εἰπὼν, ἐτελεύ-

vero nomine Tanyoxarcem, dominum Bactriorum et ipsius regionis, necnon Chorasmiorum, Parthiorumque et Carmaniorum: et ut suas regiones a tributo solvendo liberas haberet, statuit. Ex Spitamae autem liberis Spitadem quidem Derbicibus praefecit, Megabernem autem Barcanis: eosque matri in omnibus obtemperare iussit. Quin etiam illos et mutuo et cum Amorge dexteras in amicitiae testimonium iungere voluit: et illis quidem qui in mutua benevolentia permanerent, omnia fausta precabatur: at illos qui priores iniuriam illaturi essent, devovebat. His dictis diem suum obiit, tertio

t) ἐπέστη. D. H.

u) Videndus de his Stephan. et Strabo. A. S. Chorasmiorum populum intellig. esse censet Larcher. p. 261. cf. de Bactriorum regione Rennell. l. supra l. p. 297.

v) cf. §. 10. unde apparet, Tanyoxarcem fratri tamen subiectum fuisse.

w) Spitacen supra §. 2. et sic h. l. scrib.

x) Βαρκανίων. D. H. in marg.

y) Loquendi hoc genus illustravit Larcher. coll. Demosth. advers. Aristocr. p. 410.: ἂν τις τύπη τινά, φησιν, ἄρχων χειρῶν ἀδίκων. Interdum χειρῶν omittitur. cf. Leopard. Emendd. 10, 12.

τησε τρίτη ὕστερον ἀπὸ τοῦ τραύματος ἡμέρα, βασιλεύσας ἔτη <sup>z)</sup>λ. ἐν οἷς ὁ ἰά Κτησίου λόγος τοῦ Κνιδίου.

9. Ἀρχεται δὲ ὁ ἰβ' ἀπὸ τῆς Καμβύσου βασιλείας. Οὗτος βασιλεύσας ἀπέστειλε τὸν τοῦ <sup>a)</sup>πατρὸς διὰ Βαγαπάτου τοῦ ἡμιαρρένου εἰς <sup>b)</sup>Πέρσας ταφῆναι νεκρὸν καὶ τᾶλλα ὡς ὁ πατὴρ ὠρίσατο, διωκῆσατο. μέγιστον δὲ παρ' αὐτῶ ἠδύνατο Ἀρτασούρας Ὑρκάνιος, τῶν δὲ ἡμιαρρένων <sup>c)</sup>Ἰξαβάτης τε καὶ <sup>d)</sup>Ἀσπαδάτης καὶ Βαγαπάτης, ὅς καὶ παρὰ τῷ πατρὶ <sup>e)</sup>μέγιστος. καὶ μετὰ τὸν Πετισάκα θάνατον, οὗτος

a vulnere accepto die, quum annos XXX. regnavisset. Atque hic finem habet XI. Ctesiae Cnidii liber.

9. Duodecimus vero a regno Cambysis incipit. Hic regnum adeptus patris mox corpus per Bagapatem eunuchum in Persiam sepeliendum misit, et alia quemadmodum a patre constituta erant, administravit. Plurimum vero apud ipsum auctoritate valebat Artasyras Hyrcanius: ex eunuchis Ixabates et Aspdates et Bagapates, qui etiam apud patrem maximus fuerat. Post Petisacae enim mortem, hic

z) *Viginti novem* Herodot.

a) π. νεκρὸν δ. Β. τ. ἦ. ε. Π. ταφῆναι [νεκρὸν.] καὶ τ. D. H.

b) Hinc fere patet Persarum reges in Persia tantum sepeliri solitos esse. cf. c. 13. 15. 44. 45. Aelian. V. H. 6, 8. Arrian. Anab. 3, 22. Justin. 11, 15. quos locos dedit Heeren. *Ideen* V. 1. P. 1. p. 170 sq.

c) Ἰξαβάτης. D. H. Max. Marg. Ἰξαλβάτης.

d) Ἀσπάδαν ex Ctesia praebet Diodor. 2, 34. v. ad Xenoph. Anab. 7, 8, 9.

e) μεγ. ἦν. D. H.

στρατεύει ἐπὶ *f)* Αἴγυπτον, καὶ *g)* τὸν Αἴγυπτίων βασιλέα *h)* Ἀμυρταῖον, Κομβαφέως τοῦ ἡμιάρρενος, ὃς ἦν μέγα δυναμένος παρὰ τῷ Αἴγυπτίων βασιλεῖ, καταπροδόντος τὰς τε γεφύρας καὶ τὰλλα τῶν Αἴγυπτίων πράγματα, ἐφ' ᾧ γενέσθαι *i)* ὑπαρχῆς Αἴγυπτου. καὶ γέγονε. ταῦτα γὰρ αὐτῷ Καμβύσης διὰ *k)* Ἰξαβάτου τοῦ Κομβαφέως ἀνεπιού συνέθετο, καὶ αὐτὸς οἰκιοφάνως ὕστερον. *l)* ζωγρίαν δὲ λαβὼν τὸν Ἀμυρταῖον, οὐδὲν ἄλλο κακὸν εἰργάσατο ἢ ὅτι εἰς

adversus Aegyptum et Amyrtaeum Aegyptiorum regem exercitum ducit, quum Combapheus eunuchus, qui plurimum apud Aegyptiorum regem poterat, pontes et alias Aegyptiorum res prodidisset, ut ipse Aegypti praefecturam consequeretur. id quod factum est. ita enim cum eo Cambyses pactus fuerat, primum per Ixabaten Combaphei patruelem, et suis ipse verbis postea. Quum autem Amyrtaeum vivum cepisset, nullo alio ipsum detrimento affecit, nisi quod illum (in) Susa cum sex millibus Aegyptio-

*f)* Caussam belli exposuit ex Ctesia Athenaeus Deipnos. 13, 10. v. Fragmm.

*g)* τῶν Αἴγ. τὸν βασ. Ἀμυρταῖον. καὶ νικᾷ Ἀμυρταῖον. Κομβαφέως. *D. H.*

*h)* Is ab Herodot. *Amasis* appellatur, quod nomen ipsi ab Aegyptiis videtur inditum fuisse. Gedoyn. Contra imperitiae Ctesiam accusat ad h. l. Larcher. p. 263. coll. Herodot. 2, 140. 3, 15. Thucyd. 1, 110. et Diodor. 10, 77.

*i)* V. de significatione huius v. Larch. ad h. l. et ad Xen. Anab. 1, 2, 20.

*k)* Ἰξαβάτ. τοῦ Κομφαβ. *D. H.*

*l)* Id est ζῶντα. Num. 21. v. 35. Deuter. 2. v. 34. Hesych. Sed ζωγρία ἐλεῖν Zosim. *D. H.* ad pag. 41. Phot. in illa Theoph. Simocati verba ζωγρίαν ἐλάβον. *A. S.*

Σούσα <sup>m)</sup> ἀνάσπαστον σὺν ἑξακισχίλοις Αἰγυπτίοις, οὓς αὐτὸς ἡρετέσατο, ἐποίησατο. καὶ τὴν Αἴγυπτον δὲ πᾶσαν ὑπέταξεν. ἀπέθανον δὲ ἐν τῇ μάχῃ, Αἰγυπτίων μὲν μυριάδες πέντε, Περσῶν δὲ <sup>n)</sup> δύο.

10. <sup>o)</sup> Μάγος δὲ τις <sup>p)</sup> Σφενδαδάτης ὄνομα, ἀμαρτήσας καὶ μαστιγωθεὶς ὑπὸ Ταννοξάρκου, ἀφικνεῖται πρὸς Καμβύσην, ἐνδιαβάλλων τὸν ἀδελφὸν Ταννοξάρκην, ὡς ἐπιβουλεύοντα αὐτῷ· καὶ σημείον ἐδίδου τῆς ἀποστασίας, ὡς, εἰ κληθεῖν ἔλθειν, οὐκ ἂν ἔλθοι. δηλοῖ τοίνυν ὁ Καμβύσης ἔλθειν τὸν ἀδελφόν· ὁ δὲ, χρείας ἄλλης ἀπαιτούσης μένειν, ἀντιβάλετο. παρῶρησιάζεται <sup>q)</sup> ταῖς διαβολαῖς πλέον ὁ μάγος. <sup>r)</sup> Ἀμυτις δὲ ἢ μήτηρ τὰ τοῦ μάγου ὡς ἦν ὑπονοοῦσα, ἐνουθετεῖ Καμβύσην τὸν υἱὸν μὴ πείθεσθαι. ὁ δὲ

rum, quos ipse delegit, relegavit. Sed et universam Aegyptum subegit: obieruntque in ea pugna Aegyptiorum L. millia et Persarum XX.

10. Quidam autem magus, cui nomen erat Sphendadati, quum fuisset ob delictum verberibus a Tanyoxarce caesus, accedit ad Cambysem et apud eum fratrem Tanyoxarcem accusat, eum ipsi insidias moliri dicens: argumentum etiam rebellionis addens quod, si vocaretur, non veniret. Cambyses igitur fratrem ad se venire iubet. ille vero aliquo negotio detentus, profectio- nem distulit. Tunc vero magus eum audacius criminari. At mater Amytis, id quod erat de mago suspicata, Cambysem filium ne fidem haberet mago, admonebat. at rex se non credere

<sup>m)</sup> De transportandis e sedibus suis in oriente populis cf. Heeren. *Ideen* V. 1. P. 1. p. 296 sq.

<sup>n)</sup> ἑπτακισχίλιοι δύο. *D. H.*

<sup>o)</sup> al. μέγας. [*D. H.* in notis p. 931.]

<sup>p)</sup> Σφενδ. *D. H.* — <sup>q)</sup> δὲ ταῖς. *D. H.*

<sup>r)</sup> Sic et *D. H.* ut et post.

ὑπεκρίνετο μὴ πείθεσθαι, ἐπίθετο δὲ μάλιστα. δια-  
 πεμψαμένου δὲ τρίτον Καμβύσου πρὸς τὸν ἀδελφόν,  
 παραγίνεται, καὶ ἀσπάζεται μὲν αὐτὸν ὁ ἀδελφός,  
 ὁ οὐδὲν δὲ ἤττον ἀνελεῖν ἐμελέτα. κρούφα δὲ Ἀμύτιος  
 εἰς προᾶξιν ἀγαγεῖν τὴν μελέτην ἔσπευδε. καὶ λαμβάνει  
 πέρασ ἢ προᾶξις. ὁ γὰρ τοι μάγος βουλήσ τῷ βασιλεῖ  
 κοινῶν, βουλεύει τοιοῦτον. ὅμοιος ἦν αὐτὸς ὁ μάγος  
 κάρτα τῷ Ταννοξάρκῃ. βουλεύει τοιγαροῦν αὐτὸν μὲν  
 ἐν τῷ φανερῷ, ὡς δῆθεν ἀδελφοῦ βασιλέως κατειπόν-  
 τα τὴν κεφαλὴν προστάξαι ἢ ἀποτμηθῆναι, ἐν δὲ τῷ  
 κρυπτῷ ἀναιρεθῆναι Ταννοξάρκην, καὶ τὴν ἐκείνου  
 στολὴν ἀμφιασθῆναι τὸν μάγον· ὥστε καὶ τῷ ἀμ-  
 φιάσματι νομίζεσθαι Ταννοξάρκην. καὶ γίνεται ταῦτα.  
 ὡ) αἵματι γὰρ ταύρου, ὃ ἐξέπιεν, ἀναιρεῖται Ταννο-

fingerat: quum tamen maximopere crederet.  
 Quum autem tertium a Cambyse frater esset  
 accersitus, venit: ipsumque frater amplexatus  
 est, quum nihilominus de illo interficiendo co-  
 gitaret. sed hanc cogitationem ad exitum inscia  
 Amytide perducere conabatur. id quod perfe-  
 ctum est, nam magus consilium cum rege com-  
 municans, hunc dolum machinatur: Quum ipse  
 Tanyoxarci esset simillimus, consilium regi dat  
 ut ipsi, tanquam falso fratris regis accusatori,  
 caput abscindi coram omnibus iubeat: clam au-  
 tem Tanyoxarcem interfici imperet. quin etiam  
 illius vestem sibi indui magus postulat, ut ex  
 ipso vestitu Tanyoxarces esse iudicetur. atque

δ) [ἐπεὶ] οὐδὲν δ. *D. H.* Max. Marg. ἐπεὶ οὐδὲν ἀνε-  
 λῶν ἐμελέτα. — τ) al. ἀνατμηθῆναι. ὡς δὲ. [*D. H.* in m.]

ὡ) Venenosum eum esse docent medici: et non alio  
 veneno extincti Midas, [cf. Strab. 1, 3. V. 1. p. 97.  
 ed. stereot.] Themistocles [v. Larcher. ad h. l.], alii  
 vide Ptolem. Hephaestionis excerpta lib. 3. apud Pho-  
 tium. Cod. 190. [p. 478. ed. Schott.] *A. S.*



ξάρκης· ἀμφιάζεται δὲ ὁ μάγος καὶ νομίζεται Ταννοξάρκης· καὶ λανθάνει πάντας ἐπὶ πολὺν χρόνον, πλὴν Ἀρτασύρα καὶ <sup>v)</sup> Βαγαπάτου καὶ <sup>w)</sup> Ἰσαβάτου. τούτοις γὰρ μόνοις Καμβύσης ἐθάρρησε τὴν <sup>x)</sup> προᾶξιν.

11. <sup>y)</sup> Λάβυζον δὲ <sup>z)</sup> ἡμιαρῶενον τὸν πρῶτον οἱ ἦσαν Ταννοξάρκειω, παρακαλεσάμενος ὁ Καμβύσης καὶ τοὺς ἄλλους, <sup>a)</sup> ὑποδείξας τὸν μάγον ὡς ἐσχημάτιστο καθεζόμενον, „Τοῦτον (ἔφη,) νομίζετε Ταννοξάρκην; ὁ δὲ Λάβυζος θαυμάσας, Καὶ τίνα ἄλλον, ἔφη, νομιοῦμεν“; τοσοῦτον ἐλάνθανε τῇ ὁμοιότητι ὁ μάγος. ἐκπέμπεται οὖν εἰς Βακτριούς, καὶ πράττει πάντα ὡς Ταννοξάρκης. πέντε δὲ ἐνιαυτῶν διελθόντων, μνηύεται ἡ Ἀμυτις τὸ δράμα διὰ Τιβέθως τοῦ ἡμιαρ-

haec fiunt. Nam hausto sanguine taurino interficitur Tanyoxarces: at magus illius veste induitur et Tanyoxarces existimatur: diuque latet omnes praeter Artasyran, Bagapatem et Ixabatem. his enim solis rem Cambyses aperire ausus est.

11. Cambyses autem Labyzo, qui primus erat inter Tanyoxarcis eunuchos, et aliis ad se vocatis, magum illa veste indutum, ostendit sedentem, dixitque, Hunc esse Tanyoxarcem existimatis? Labyzus vero miratus, Quem alium, dixit, esse putemus? Adeo propter similitudinem magus latebat. Mittitur ergo ad Bactrios, et omnia non secus ac si Tanyoxarces esset, administrat. Post annos vero quinque res tota declaratur Amyti per Tibetheum eunuchum, quem

v) L. Βαγ. κ. Ἰσαβάτου, at C. Vatic. Ἰσαβάτου. D. H.

w) Ἰσαβ. D. H.

x) cf. Heeren. *Ideen* V. 1. P. 1. p. 301. Larcher. ad h. l. p. 264 sq. annot. 33.

y) Ἄλλοι Λάβυξον. [D. H. in m.] — z) τῶν ἡμ. D. H.

a) καὶ ὑποδ. D. H.

ρένος, ὃν ὁ μάγος τυπτήσας ἐτίγγανε. καὶ αἰτεῖ τὸν  
 b) Σφενδαδάτην παρὰ Καμβύσου. ὁ δὲ οὐ δίδωσιν.  
 ἢ δὲ ἐπαράται καὶ c) ποιῶσα φάρμακον, τελευτᾷ.

12. Θύει ὁ Καμβύσης καὶ τῶν ἱερῶν σφραζο-  
 μένων αἷμα οὐκ ἀπορρεῖ. d) καὶ ἀθυμεῖ. καὶ τίκτει  
 αὐτῷ ἢ Ῥωξάνη παιδίον ἀκέφαλον· καὶ πλέον ἀθυ-  
 μεῖ. καὶ οἱ μάγοι λέγουσιν αὐτῷ τὴν τῶν τεράτων  
 δήλωσιν, ὅτι e) οὐ καταλείψει τῆς ἀρχῆς διάδοχον· καὶ  
 ἐρίσταται αὐτῷ ἢ μήτηρ ἐν νυκτὶ, ἀπειλοῦσα, τῆς  
 ριαφρονίας· καὶ πλέον ἀθυμεῖ. ἀφικόμενος δὲ εἰς Βα-  
 βυλῶνα, καὶ ξέων ξυλάριον μαχαίρα, διατριβῆς χάριν,  
 παίει τὸν μηρὸν εἰς τὸν μῦν, καὶ ἑνδεκαταῖος τελευ-  
 τᾷ, βασιλεύσας f) δυοῖν δέοντα εἴκοσι.

magus verberaverat, petitque Sphendadatem a  
 Cambyse: qui dare noluit: quamobrem illa ei  
 diras imprecatur et hausto veneno moritur.

12. Sed contigit ut sacrificante Cambyse,  
 quum victimae iugularentur, sanguis non flue-  
 ret. qua ipsa ex re magis etiam deiecto animo  
 erat. Sed et Roxane puerum capite carentem  
 peperit: magisque ipsi dicebant, hanc prodigio-  
 rum significationem esse, nullum regni succes-  
 sorem ab eo relictum iri. Mater etiam noctu  
 illi in somnis apparens, ob caedem perpetra-  
 tam minabatur: ideoque magis etiam angebatur.  
 Quum autem Babylonem accessisset, et ibi par-  
 vum lignum cultro poliens, tempus ut falleret,  
 femoris musculum percussisset: undecimo die  
 mortem obiit, quum XVIII. annis regnavisset.

b) Σφενδ. D. H. et in not. idem l. Σφενδ. p. 936.

c) [ποιουῶσα vitiose D. H.]

d) Qua sane ex re animo concidere coepit. ac magis  
 etiam postea, quando ei Rox. car. cap. pu. pep. et ma-  
 gi renunciarunt. etc. A. S. — e) οὐκ ἐγκαταλ. D. H.

f) Alii octo annorum regnum Cambysi tribuunt. cf.

13. Βαγαπάτης δὲ καὶ Ἀρτασύρας πρὶν ἢ Καμβύσης ε) τελευτήσῃ, ἐβουλεύσαντο βασιλεύσαις ἡ) τὸν μάγον. καὶ ἐβασίλευσαν, ἐκείνου τελευτήσαντος. λαβῶν δὲ τὸ Καμβύσου σῶμα ι) Ἰξαβάτης ἤγεν εἰς Πέρσας. τοῦ μάγου δὲ βασιλεύσαντος ἐπ' ὀνόματι τοῦ Ταννοξάρκου, ἤγεν Ἰξαβάτης ἐκ Περσίδος καὶ κατεπὼν τῆ στρατιᾷ πάσῃ, καὶ κ) θριαμβεύσας τὸν μά-

13. Bagapates autem et Artasyras, antequam Cambyses moreretur, consilium inierunt regni mago tradendi, et post eius mortem regnum detulere. At Ixabates sumptum Cambysis corpus in Persidem portavit. unde veniens, dum magus sub Tanyoxarcis nomine regno potiretur, de eo apud universum exercitum iudicium professus est, eumque infamavit. Quod

---

Herodot. 3, 66. Euseb. Chronic. 1. p. 45. 52. Chronic. Canon. p. 147. 164. Syncell. Chronogr. p. 240. [192. ed. Venet.] Larcher. p. 266 sq. cf. Simson. Chronic. ad A. 3483. P. 4. p. 9.

g) Melius τελευτήσῃ et v. seq. pro ἐβασίλευσαν legendum puto ἐβασίλευσεν. nimirum ὁ μάγος. nam illos duos regnasse falsum comperietur. H. S. Stephanum secutus est Larcher.

h) Post Cambysis mortem duos magos imperio potitos esse, docere conatur Rutgers. Varr. Lectt. III. p. 22 et 230. Strab. XV, 3 fin. V. 3. p. 331. ed. ster. Καμβύσης ὑπὸ τῶν μάγων κατελύθη. Τούτους δ' ἀνελόντες οἱ ἑπτὰ Πέρσαι, Δαρείῳ τῷ Τασάσπεω παρέδωκαν τὴν ἀρχήν· κ. τ. λ.

ι) Ἰξαβάτης hic D. H. et alterum ad oram.

κ) Hoc v. sumtum a triumpho Romanorum, in quo captos vel ducem ipsum opprobriis afficere militibus licuit. Ctesias igitur eo v. usus non erat, eaque significatione apud Patres tantum ecclesiasticos legitur. Larcher. p. 268, 39.

γον, κατέρυγεν εἰς τὸ ἱερόν· ἐκεῖθεν τε συλληφθεὶς  
 ὁ ἀπετιμήθη.

14. Ἐντεῦθεν <sup>m)</sup> ἑπτὰ τῶν Περσῶν ἐπίσημοι  
 συνέθεντο ἀλλήλοις κατὰ τοῦ μάγου, Ὀνόφρας, Ἰδέρ-  
 νης, <sup>n)</sup> Νορονδαβάτης, Μαρδόνιος, <sup>o)</sup> Βαρίσσης, <sup>p)</sup> Ἀρ-  
 ταφέρνης καὶ Δαρεῖος Ὑστάσπεω. τούτων ἀλλήλοις πί-  
 στας δόντων, προσλαμβάνεται καὶ ὁ Ἀρτάσουρας, εἴ-  
 τα καὶ ὁ Βαγαπάτης, ὃς τὰς κλεῖς πάσας τῶν βασι-  
 λείων εἶχε, καὶ εἰσελθόντες διὰ τοῦ Βαγαπάτου οἱ  
 ἑπτὰ εἰς τὰ βασιλῆα, εὐρίσκουσι τὸν μάγον παλλακῇ  
 Βαβυλωνίᾳ συγκαθεύδοντα. ὡς δὲ εἶδεν, ἀνεπήδησε·  
 καὶ μηδὲν εὐρῶν τῶν πολεμικῶν ὀργάνων, (πάντα γὰρ  
 ὁ Βαγαπάτης λάθρα ὑπέξήγαγε) δίφρον <sup>q)</sup> χρύσειον

quum fecisset, in templum confugit: indeque  
 comprehensus est, et ei caput abscissum.

14. Unde septem inter Persas illustres viri  
 una adversus magum conspiravere, Onophas,  
 Idernes, Norondabates, Mardonius, Barisses, Ar-  
 taphernes et Darius Hystaspis filius. Hi quum  
 inter se fidem dedissent, assumitur etiam Arta-  
 syras, praetereaque Bagapates, qui claves omnes  
 regiarum aedium habebat. Illi igitur septem  
 viri, Bagapatis opera in regias aedes ingressi,  
 magum inveniunt cum pellice Babylonia dor-  
 mientem. Qui quum illos vidisset, prosilit, et  
 nullo instrumento bellico reperto, (quoniam  
 omnia Bagapates clam subtraxerat) sedile au-

l) Aut addendum τὴν κεφαλὴν, aut subaudiri dicen-  
 dum est. *H. S.*

m) cf. Herodot. 3, 70. qui nomina diversa habet;  
 eaque melius hunc scire potuisse affirmat *Larcher.* p.  
 268. annot. 40. et 41. — n) *Norod. D. H.*

o) *Βαρίσσης. D. H.*

p) [*Ἀταφέρνης. D. H.*]

q) *Aureatum* intellig. quod *confringere* potuit. *Larch.*

συντρίψας, καὶ λαβὼν τὸν πόδα, ἐμάχετο, καὶ τέλος κατακνηθηθεὶς ὑπὸ τῶν ἑπτὰ, ἀπέθανε, βασιλεύσας μῆνας ἑπτὰ.

15. Βασιλεύει δὲ τῶν ἑπτὰ ὁ Δαρεῖος, <sup>ρ)</sup> τοῦ ἵππου, καθὰ συνέκειτο ἀλλήλοις, <sup>σ)</sup> πρώτου μηχανῆ τινὶ καὶ τέχνῃ, <sup>τ)</sup> ἐπειδὴ <sup>υ)</sup> ὁ ἥλιος πρὸς ἀνατολὰς ἐγένετο, <sup>ν)</sup> χρημετίσαντος. ἄγεται τοῖς Πέρσαις ἐορτὴ τῆς <sup>ω)</sup> μαγοφονίας, καθ' ἣν <sup>ξ)</sup> Σφενδαδάτης ὁ μάγος ἀνήρηται. Δαρεῖος προστάσσει τάφον ἑαυτῷ κατασκευασθῆναι ἐν τῷ Ῥοδισσῷ ὄρει· καὶ κατασκευάζεται.

reum confregit, eiusque pede arrepto, quum pugnaret, tandem a septem illis viris vulneratus, mortem obiit, quum septem menses regnavisset.

15. Regnat vero ex septem illis viris Darius, quum eius equus (iuxta id quod inter eos convenerat) arte quadam adhibita, primus post solis ortum hinnisset. Ceterum quo die Sphendadates magus interfectus est, festum, magophonia dictum, apud Persas celebratur. Hic Darius sepulcrum sibi in bicipiti monte exstrui iubet,

ρ) Herodot. Thalia, et Themist. Orat. 12. ἐπανήκεις δὲ αὐτοκράτωρ, οὐχ ἵππου χρημετίσαντος, ὡς περ Δαρεῖος· οὐδὲ κνηῆ (sic legendum in editis, id est, περικεφαλαία, non κνηί) σπείσας, ὡς περ Ψαμμίτιχος. D. H. — σ) πρῶτον μ. D. H. [et in marg. πρώτου].

τ) ἐπεὶ δ' ἀν. D. H.

υ) De Solis et equorum apud Persas cultu v. Brisson. de Regn. Pers. 2, 4 sqq. p. 339 sqq. ad Xen. Anab. 4, 5, 35. — ν) cf. Herodot. 3, 84 sq.

ω) Herodotus 3, 79. et Agathias l. 2. p. 65.

ξ) Sic et D. H. hic.

γ) Lege Persepoleos arcis descriptionem apud Diod. Sicul. lib. 17. Biblioth. [c. 71. V. 2. p. 215.] ubi βασιλικὸν ὄρος hunc locum vocat. Potentiores autem in montibus fere sepeliri solitos, multa veterum scripto-

ἐπιθυμήσας δὲ ἰδεῖν αὐτὸν, ὑπὸ τε τῶν <sup>z)</sup> Χαλδαιῶν καὶ τῶν γονέων κωλύεται. Οἱ δὲ γονεῖς, ἀνελθεῖν βουληθέντες, <sup>a)</sup> ἐπειδὴ οἱ ἱερεῖς <sup>b)</sup> εἶδον, οἱ ἀνέλκοντες αὐτοὺς, καὶ ἐφοβήθησαν, καὶ φοβηθέντες ἀφῆκαν τὰ σχοινία, ἔπεσον καὶ ἐτελεύτησαν. καὶ ἐλυπήθη Δαρεῖος λίαν· καὶ ἀπετμήθησαν αἱ κεφαλαί, τεσσαράκοντα ὄντων τῶν ἀνελκόντων.

16. Ὁ·: ἐπιτάσσει Δαρεῖος <sup>c)</sup> Ἀριαράμνη τῶ

atque id ei struitur: sed quum id videre cuperet, a Chaldaei et a parentibus prohibetur. Quum autem parentes eius adscendere voluissent, ceciderunt, atque interierunt: quum sacerdotes qui illos sursum trahebant, illud conspicati et inde timore correpti, funes laxassent. Quae res ingentem Dario moerorem attulit: et illis qui eos trahebant, numero XL., amputata capita fuerunt.

16. Darius praeterea Ariaramnem Cappa-

---

rum testimonia docent. *A. S. Larcher.* p. 270. laudat *Corneille de Bruin Voyages* P. II. p. 229. qui in monte prope Persepolin magnificas reliquias sepulcrorum conspici narrat. *Heeren. Ideen* V. 1. P. 1. p. 172. pro *δισσῶ* s. *διττῶ*, quod ambiguum est, quid hoc loco significet, *ἀδύτῳ* (*inaccesso in monte*) legendum esse coniecit. De re v. plura apud ipsum. l. l. et in *Additament.* ad V. 1. P. 1. No. V. p. 463 sq.

<sup>z)</sup> Magos atque Chaldaeos saepe permutari constat. cf. *Heeren.* l. l. V. 1. P. 2. p. 126 sq. *Fabric. Bibl. Gr.* V. 2. p. 630. ed. Harles. — <sup>a)</sup> ἐπει. *D. H.*

<sup>b)</sup> εἶδον [*ὄφεις*] οἱ ἅ. *D. H.* In veteri libro inter *εἶδον* et *οἱ* insertum erat superne *ὄφεις*. sed locus hic neque emendari neque intelligi nisi ex aliorum historia potest. *H. S. Larcher.* vertit: *les prêtres, qui les guidoient au haut de la montagne, ayant aperçu des serpens, en furent si effrayés.*

<sup>c)</sup> Ἀριαράμνη. *D. H.* *Πριαράμνη* est in edit. *Steph. a. 1570.* *Larch.* Ceterum hanc priorem contra *Scythas*

σατράπῃ Καππαδοκίας, ἐπὶ Σκυθῶν διαβῆναι, καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας αἰχμαλωτίσαι. ὁ δὲ, διαβὰς πεντηκοντόροις λ', ἠχμαλώτισε. συνέλαβε δὲ καὶ τὸν ἀδελφὸν τοῦ βασιλέως τῶν Σκυθῶν d) Μαρσαγέτην, ἐπὶ κακῶσι εὐρῶν παρὰ τοῦ οἰκείου ἀδελφοῦ δεδεμένον.

17. e) Σκυθάρκης δὲ ὁ Σκυθῶν βασιλεὺς ὀργισθεὶς ἔγραψεν ὑβρίζων Δαρεῖον· καὶ ἀντεγράφη αὐτῷ ὁμοίως. στρατεύμα δὲ ἀγείρας Δαρεῖος, ὄγδοήκοντα μυριάδας, καὶ ζεύξας τὸν f) Βόσπορον καὶ τὸν

dociae satrapam adversus Scythas proficisci, et viros feminasque captivos abducere iubet. Ille autem cum XXX. navibus quinquagenum remorum traiciens, id exsequutus est. Comprehendit autem et fratrem regis Scytharum Marsagetem, quum eum a suo fratre ob mala illata in vincula coniectum invenisset.

17. At Scytharces Scytharum rex, iratus, litteras Dario scripsit contumeliosas: et similiter ipsi responsum est. Darius tandem DCCC. millium exercitu coacto, et Bosporo Istroque

---

expeditionem nunquam locum habuisse ponit idem p. 270. 48. propter paucitatem militum, quos Ariaramnes secum duxerit, et propterea, quod Darius alteram non suscepisset, si in priore dux ipsius Scythas vicisset; p. 272, 51. De iis, quae ad Indiam cognoscendam contulerit Darius, v. Robertson, *historical Disquisition concerning ancient India* p. 10 sqq.

d) Μασαγ. D. H.

e) Alii Σκυτάρβης, et Σκυτάρης. D. H. Σκυθάρκης et in marg. Σκυθάρβης Max. Marg. De re cf. Herod. 4, 126 sq. *Iancyrum* nominat Iustin. lib. 2. c. 5. ubi alii *Indatyrus* legunt. *Larcherus Indathyrsus* ex Herodoto restituendum Iustino censet. *Indathyrsin* Scytham memorat Arrian. Indic. c. 5. §. 6. p. 558. ed. Raphel. *Idanthyrsum* Scytham Strab. XV, 1. V. 3. p. 251. ed. ster.

f) cf. Brisson. de regno Persar. III, XCVII. p. 783

Ἴστρον, διέβη ἐπὶ Σκυθῶν, ὁδὸν ἐλάσας ἡμερῶν εἰς ἑ.  
καὶ <sup>h)</sup> ἀντέπεμπον ἀλλήλοις τόξα· <sup>i)</sup> ἐπικρατέστερα δ'  
ἦν τὰ τῶν Σκυθῶν, διὸ καὶ φείγων Δαρεῖος διέβη  
τὰς γεφυρώσεις· καὶ ἔλυσε σπένδων πρὶν ἢ τὸ ὅλον  
διεβῆναι στρατεύματα· καὶ ἀπέθανον ὑπο <sup>k)</sup> Σκυθάρχου  
οἱ καταλειφθέντες ἐν τῇ Εὐρώπῃ, μυριάδες ὀκτώ. Δα-  
ρεῖος δὲ τὴν γέφυραν διαβάς, <sup>l)</sup> Χαλκηδονίων οἰκίας  
καὶ ἱερὰ ἐνέπηρσεν, ἐπεὶ τὰς πρὸς αὐτοῖς γεφύρας  
ἐμελέτησαν λύσαι· καὶ ὅτι τὸν βωμὸν, ὃν <sup>m)</sup> περῶν  
Δαρεῖος κατέθετο ἐπ' ὀνόματι <sup>n)</sup> διαβατηρίου Διὸς,  
ἠφάνισαν.

ponte iunctis, adversus Scythas profectus est,  
quindecim dierum itinere progressus: sibi-  
que mutuo arcus miserunt. Sed quum Scythici va-  
lidiores essent, Darius fugiens pontes transivit,  
atque festinanter dissolvit antequam totus trans-  
iret exercitus: quare Scytharces LXXX. illa ho-  
minum millia, in Europa relicta, interfecit.  
Darius vero, quum pontem pertransisset, do-  
mus templaque Chalcedonensium combussit:  
quoniam pontes qui apud ipsos erant, dissolvere  
tentaverant, et aram, quam Darius transiens,  
in honorem Iovis diabaterii statuerat, everterant.

sq. ubi plures scriptorum loci laudantur, ad eandem  
rem pertinentes. v. Indic. sub n. Ister.

g) Herodotum narrationem de expeditione contra  
Scythas exaggerasse censet Mannert. Geograph. V. 4.  
p. 121. ed. II.

h) De arcu ab Aethiopum rege sic ad Canbysen  
 ὑποχείριον αὐτὸν ὁ ἀνὴρ αὐτῆς λαβὼν, ἐβούλετο ἀνε-  
 λειν. Ἡ δὲ, x) δεομένη σώζειν, καὶ μὴ πείθουσα,  
 λύσασά τινας τῶν ἐαλωκότων, σὺν αὐτοῖς τὸν Μέρμε-  
 ρον ἀνεῖλε, καὶ παραδοῦσα τῷ Πέρσῃ τὴν χώραν, φι-  
 λίαν ἐποίησατο πρὸς αὐτὸν, ὡς ἱστορεῖ Κτησίας.]

---

vulnerata aufugit. Angaeum ipsam persequen-  
 tem implorans servata est. Non multo post eius  
 maritus hunc cepit et interficere voluit. Ipsa,  
 quum virum rogaret, ut ei parceret, nec ei  
 persuaderet, liberavit captivos quosdam et cum  
 his Mermerum occidit, traditaque Persae regio-  
 ne, foedus cum eo iniit, ut Ctesias exposuit.]

---

ω) Pro τοῦ Ἀγγαίου ex Diod. ceterisque scriptori-  
 bus omnibus rescribendum est Στρυγγαίου. *Idem.*

x) Cod. Escur. male δελομένη. *Idem.*

---

EK TOY  
ENNATOY TΩN ΠΕΡΣΙΚΩΝ.

XXXI. Παρὰ τῷ Θεῶνι ἐν προγυμνάσμασι, ἢ  
τῷ Λιβανίῳ κατ' ἄλλους, κεφ. περὶ  
ἐκφράσεως,

Ἐν δὲ τῇ ἐννάτῃ γ) Κτησίας οἶον, „Τὰ εἰ-  
„δωλα τῶν Περσῶν ἐπὶ τοῖς μακροῖς ξύλοις ὄρωντες  
„ὑπὸ τὸν ὄρθρον πρὸς τὰς ἀκροπόλεις πόρρωθεν οἱ  
„Λυδοὶ, εἰς φυγὴν ἐτρέποντο, νομίσαντες τὴν ἀκρό-  
„πολιν πλήρη εἶναι Περσῶν, καὶ ἤδη ἐαλωκέναι.“

Ex

LIBRO NONO PERSICORUM.

XXXI. Apud Theonem in praeexercitamentis  
rhetoricis sive Libanius sit auctor, ut alii volunt, cap.  
[11. p. 119. ed. Heins.] de descriptione. — Interpr.  
D. Heinsio.

In nono autem Ctesias, cum ait, Persarum  
simulacra super longis eminus perticis, primo  
diluculo iuxta arcem cum viderent, rati plenam  
Persarum, ac iam occupatam esse arcem, in fu-  
gam Lydi sunt conversi.

γ) Ita optime ὁ μακαρίτης avus ad oram restituit,  
et in versione sua expressit, quum alias mendose legē-  
retur κτῆσις. Est vero elegans hoc fragmentum, cu-  
ius mentio etiam historiae in Excerptis Photii supra  
Persic. c. 4. Gron.



XXXII. Παρὰ Ἰωάννη τῷ Τζέτζη, χιλ. α'. στίχ. πζ.

Τὸν Ἀστυάγη μὲν φησὶ (Κτησίας) καταβλη-  
θέντα Κύρῳ,

Τῶν Βαρκανίων ἄρχοντα γενέσθαι παρὰ τούτου,  
Οὐβάρην δὲ τὸν στρατηγὸν τὸν μέγαν τὸν τοῦ Κύρου,  
Ξύλινα λέγει πρόσωπα Σάρδεσιν ἐπιστῆσαι

Ἐν ὑπερμήκεσι κοντοῖς, νυκτὸς ἐνδεδυμένα.

Οὕτω Λυδοὺς ταραξάει δὲ καὶ κατασχεῖν τὴν πόλιν.

Μετὰ τὴν αἰχμαλώτικον, φάσκει δὲ τὴν τοῦ Κροίσου,

Πρὸς Ἀστυάγη πέπομφεν ὁ Κύρος Πετησάκαν,

Ὅπως ἐλθὼν τὴν Ἀμυτιν ἴδῃ σὺν Ἀστυάγει.

Ἡ Ἀμυτις ὑπάρχουσα δὲ παῖς τοῦ Ἀστυάγου,

Τούτου τὸν πρωτοενοῦχον, ἄθλιον Πετησάκαν,

Ἐπίβουλον νοήσασα τούτου τοῦ Ἀστυάγου,

Τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξώρυξεν, ἐκδείρασά τε ζῶντα,

Ἀνεσκολόπησε σταυρῶ, θείσα βορὰν ὀρνέοις<sup>z</sup>).

XXXII. Apud Ioan. Tzetzem Chil. I. vers. 87. —  
Interpr. P. L.

Astyagem quidem ait (Ctesias) deiectum  
a Cyro,

Barcaniis ducem factum fuisse ab illo.

Oebarem autem, imperatorem magnum illum Cyri,

Ligneas dicit larvas Sardibus imposuisse,

Super longissimis contis, nocte indutas,

Sicque Lydos turbasse, et detinuisse urbem.

Post captivitatem, dicit autem illam Croesi,

Ad Astyagem misit Cyrus Petesacam,

Ut profectus Amytim videret cum Astyage.

Amytis autem existens filia Astyagis,

Hunc primum eunuchum miserum Petesacam,

Insidiatorem cum intellexisset Astyagis,

Oculos effodit, excoriatumque vivum,

Suspendit cruci, ponens escam alitibus.

z) Supra in excerptis Persicis in Photio cap. 5.

ΕΚ ΤΟΥ

## ΔΕΚΑΤΟΥ ΤΩΝ ΠΕΡΣΙΚΩΝ.

XXXIII. Παρὰ τῷ ἔθνικογράφῳ.

Δυρβαῖοι, ἔθνος κατήκον εἰς Βάκτρους, καὶ Ἰνδικήν. Κτησίαις ἐν Περσικῶν δεκάτῃ. „Χώρα δὲ πρὸς <sup>a)</sup> αὐτὸν πρόσκειται <sup>b)</sup> Δυρβαῖοι, εὐδαιμόνες

## EX PERSICORUM DECIMO.

XXXIII. Apud Stephanum.

Dyrbaei, populus pertingens ad Bactros et Indicam regionem. Ctesias Persicorum decimo: Ad eum vero sita est regio Dyrbaei, viri

a) Suspecta haec non iniuria amico meo eximio reconditae eruditionis et rarissimi ingenii iuveni Cl. Salmasio, quae facile possent ex iis quae praecesserant intelligi, ait, si haberentur. Grøn.

b) Δυρβαίων et mox ἀποκτείνοντες legendum esse suspicatus est Pinedo ad Steph. Byz. l. l. p. 248. Berkel. pro αὐτὸν legendum putat: νότον, versus austrum. In fragmento Steph. Byz. (p. 740. ed. Pined.) legitur: πρόσκειται. Δυρβαῖοι οὗτοι εὐδ. — καὶ καρτὰ δίκαιοι εἰσι πρὸς τὴν Βακτρίαν καὶ Ἰνδικὴν κατατείνοντες. Οὗτοι οὔτε ἀδικοῦσιν, οὔτε ἀποκτείνουσιν ἀνθρώπων οὐδένα. Ἐὰν δέ τι εὕρωσιν ἐν τῇ ὁδῷ χρυσίον ἢ ἱμάτιον, ἢ ἀργύριον, ἢ ἄλλο τι, οὐδὲν ἀποκινήσειαν αὐτὸ, οὔτε ἀρτοποιεῖουσιν, οὔτ' ἐσθίουσιν, οὔτε νομίζουσιν, ἐὰν μὴ ἱερῶν εἴνεκεν. Ἄλφιτα δὲ ποιοῦσιν λεπτότερα, καθάπερ οἱ Ἕλληνες, καὶ ἐσθίουσι καρπούς. i. e. Dyrbaei hi felices viri et divites et valde iusti sunt ad Bactriam et Indiam pertingentes. Hi neque iniuria afficiunt, neque occidunt hominum quemquam. Si vero in via aliquid inveniunt, vel aurum, vel vestem, vel aliud quid, nihil auferunt, nec

„ἄνδρες, καὶ πλούσιοι, καὶ δίκαιοι, οὐτ' ἀδικοῦντες,  
 „οὐτ' ἀποκτεννύοντες ἄνθρωπον. ἐὰν δ' εὕρωσι ἐν  
 „τῇ ὁδῷ ἢ χρυσόν, ἢ ἄλλο τι \*.

XXXIV. Παρὰ τῷ αὐτῷ.

c) Χωραμναῖοι, ἔθνος Περσικὸν ἀγρίων ἀνθρώπων. Κτησίας ἐν Περσικῶν δεκάτῳ. „Οὕτω δὲ ταχύς ἐστὶν ὁ ἄγριος ἄνθρωπος, d) καὶ διώκων τὰς ἐλάφους καταλαμβάνειν.“ καὶ ἄλλα πλεῖστα περὶ αὐτῶν φησι.

beati et opulenti, iidemque iusti, qui nec iniuriam inferant, nec mortem homini, sique inveniant in via aurum, vel aliud quidpiam \*.

XXXIV. Ibidem.

Choramnaei, gens Persica hominum agrestium. Ctesias Persicorum decimo: Adeo vero veloces sunt illi agrestes homines, ut cursu cervos assequantur. Et multa refert de iis alia.

---

panem conficiunt, neque edunt, neque id fas esse putant, nisi sacrificiorum causa. Polentas vero faciunt tenuissimas, quemadmodum Graeci, et fructus comedunt.

c) *Choromandarum* gentem memorat Plin. H. N. 7, 2. ubi v. Harduin. qui ex veteris cod. lectione: *Choraneorum*, et ex Stephano eruere fortasse licere: *Choramnaeorum* suspicatus est.

d) Cl. Salmasius noster emendat ὡς καὶ διώκοντα ἐλάφους καταλ.; non quod τὰς ἐλάφους improbet; vetustissimos enim Graecos vocem ἐλάφος sive de masculo, sive de femina loquerentur, fere extulisse: inscitiaeque damnandos grammaticos qui mirantur apud poetas cervis feminis cornua attribui, cum exploratissimum sit, eas cornibus carere. Gron.

XXXV. Ἐκ τῶν Ἀπολλωνίου ιστοριῶν θανασιῶν,  
ιστορ. κ'.

Κτησίας δὲ ἐν τῇ δεκάτῃ Περσικῶν, καμή-  
λους τινὰς ἐν τῇ <sup>e)</sup> χώρα γίνεσθαι, ἃς ἔχεν τρίχας  
πρὸς Μιλήσια ἔρια τῇ μαλακότητι· ἐκ δὲ τούτων  
τοὺς <sup>f)</sup> ἱεροῦς καὶ τοὺς ἄλλους δυνάστας τὰς ἐσθῆτας  
φέρειν.

XXXV. Ex Apollonii [Dyscoli historia commentitia]  
historiis mirabilibus, hist. XX. — Interpr. G. Xyl.

Ctesias libro rerum Persicarum decimo,  
camelos esse ea in regione prodit, quarum pili  
mollitie lanas Milesias aequant: sacerdotesque  
et alios proceres vestes, ex iis confectas, gestare.

e) Sed quaenam illa regio? nam quod praecessit  
apud Apollonium de monte Pelio ex Heraclide, ad eum  
locum haec de camelis non pertinere arbitror. lateat  
itaque hic mendum. Fort. τῶν Κασπίων suppl. Gron.

f) Alii, in his Bochart. Hieroz. II, 2. V. I. p. 9.  
ἱερεῖς. Aelian. de Nat. Anim. 17, 34.: Αἴγες δὲ Κασ-  
πίαι γίνονται λευκαὶ ἰσχυρῶς, καὶ κεράτων δὲ ἄγονοι,  
μικραὶ τὸ μέγεθος καὶ σιμαί. Κάμηλοι δ' ἀριθμοῦν-  
ται πλείους, αἱ μέγισται κατὰ τοὺς ἵππους τοὺς με-  
γίστους, ἐστριχες ἄγαν. Ἀπαλαὶ γάρ εἰσι σφόδρα αἱ  
τούτων τρίχες ὥς καὶ τοῖς Μιλησίοις ἐρίοις ἀντικρί-  
νεσθαι τὴν μαλακότητα· οὐκοῦν ἐκ τούτων οἱ ἱερεῖς  
ἐσθῆτα ἀμφιέννυνται, καὶ οἱ τῶν Κασπίων πλουσιώ-  
τατοὶ τε καὶ δυνατώτατοι. Schneid. allato Apollonii  
loco, suspicor, inquit, pleraque capita Aelianum du-  
xisse ex eodem Ctesia, ubi de mari Caspio agitur. [cf.  
Aelian. H. A. 17, 32. 33.] Idem: Quale cameli genus  
intelligatur, nescio; pili enim camelorum hodie in  
usum funium trahuntur, vestimentorum texturae vix  
inserviunt propter duritiem. Hactenus Schneider. Nu-  
perrime Baehr. ad Plutarch. Alcib. p. 196. haec Ae-  
liani ex Ctesia ducta esse etiam pronuntiavit. Mihi  
in hac annotatione haec monuisse sufficiat.

ΕΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

## ΚΤΗΣΙΟΥ ΠΕΡΣΙΚΩΝ,

βιβλίων ἀριθμοῦ οὐ προστεθέντος ἑπὶ τῶν  
συγγραφέων.

XXXVI. Παρὰ τῷ Τζέτζη χιλ. γ. στίχ. χμα'.

Νόμος κοινός τις Περσικός ἐστὶ κατ' ἀχαρίστων,  
 Τοὺς δυναμένους σύμπαντας χάριν ἀποδιδόναι,  
 Καὶ μὴ δίδοντας, ἰσχυρῶς ἐνθύνων, καὶ κολάζων.  
 Τοὺς ἀχαρίστους οἴονται καὶ γὰρ πρὸς τὴν πατρίδα,  
 Καὶ πρὸς γονεῖς, καὶ πρὸς θεὸν, ἀσεβεστάτους εἶναι.  
 ε) Τὴν μὲν τοῦ Κύρου, Ξενοφῶν· τὴν δὲ τοῦ Πέρ-  
 σον νόμου  
 Κτησίας καὶ Ἡρόδοτος γράφουσιν ἱστορίαν.

## EX EIUSDEM CTESIAE PERSICIS,

numero librorum non addito a scriptoribus.

XXXVI. Apud Tzetzem chil. III. versu 641. —

Interpr. P. L.

Lex communis quaedam Persica est contra  
ingratos,

Omnes eos qui possunt gratias exhibere,  
 Nec exhibent, valde castigans atque puniens.  
 Ingratos arbitrantur enim in patriam,  
 Et in parentes, et in Deum, impiissimos esse.  
 Hanc quidem Cyri, Xenophon: hanc autem  
 Persicae legis;  
 Ctesias atque Herodotus scribunt historiam.

g) Ante haec nimirum Tzetzes multa de Cyro ἱστο-  
 ρεῖ e Xenophonte desumta. Gron. De re plura con-  
 tulit Brisson. de Regno Pers. II, XCVI. p. 423 sqq.

XXXVII. Παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ, Δειπνοσοφ. δ.

Ὁ δὲ Περσῶν βασιλεὺς, (ὡς φησι Κτησίαις καὶ Δίων ἐν τοῖς Περσικοῖς) ἐδείπνει <sup>h)</sup> μετὰ ἀνδρῶν <sup>i)</sup> μυρίων πεντακισχιλίων καὶ <sup>k)</sup> ἀνήλισκετο εἰς τὸ δείπνον τάλαντα τετρακόσια <sup>l)</sup>.

XXXVIII. Παρὰ τῷ αὐτῷ ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ.

Ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ὡς φησιν ἐν τῇ <sup>m)</sup> πρώτῃ

XXXVII. Apud Athenaeum, Dipnosoph. IV. [c. 10. p. 146, c. Casaub. c. 27. p. 72. V. 2. ed. Schweigh.] — Interpr. H. Steph.

Rex autem Persarum (ut scribunt Ctesias et Dinon in Persicis) cum virorum millibus XV. coenabat, et in coenam talenta quadringenta insumebantur.

XXXVIII. Apud eundem libro II. [c. 6. p. 45, b. Casaub. c. 23. p. 171. V. 1. Schweigh.]

Rex Persarum, ut scribit libro primo Herodotus, aquam in potum suum secum vehit a

*h)* μὲν addunt codd. Schweigh. refertur μὲν ad αὐ-  
ται δὲ quod in Athen. mox sequitur. Equidem omisi,  
quia sqq. hic non leguntur.

*i)* De luxuria regum Persarum v. Heeren. *Ideen*  
V. 1. P. 1. p. 345.

*k)* ἀνήλισκεν cod. *Epit.*

*l)* Haec efficere ait Athenaeus Ἰταλικῶν νομισμάτων ἐν μυριάσι διακοσίας τεσσαράκοντα ducentas et quadraginta myriades denariorum Italicorum, i. e. aureorum sexaginta millia, ut ad eum locum Dalechampius, qui Budaëum lib. 3. de Asse istum locum diligentissime exposuisse ait. *Gron.*

*m)* Herodot. 1, 188.

Ἡρόδοτος, ὕδωρ <sup>n)</sup> ἀπὸ τοῦ <sup>o)</sup> Χοάσπεος πλεῖν ἄγεται, τοῦ <sup>p)</sup> περὶ Σοῦσα ῥέοντος· τοῦ δὲ <sup>q)</sup> μόνον πίνει ὁ βασιλεὺς. τοῦ δὲ τοιούτου ὕδατος ἀπειρημένου πολλαὶ κάρτα ἀμαξαὶ τετράκηντοι ἡμιόνειαι κομίζουσαι ἐν ἀγγείοις ἀργυρέοισιν ἔπονται οἱ. Κτησίας δὲ ὁ Κνίδιος καὶ ἱστορεῖ, ὅπως ἔψεται τὸ βασιλικὸν τοῦτο ὕδωρ, καὶ ὅπως ἐναποτιθέμενον τοῖς ἀγγείοις, φέρεται τῷ βασιλεῖ· λέγων αὐτὸ καὶ ἐλαφρότατον καὶ ἡδιστον εἶναι.

XXXIX. Ἐν τῷ 1ῷ βιβλίῳ.

Παραιτητέον δ' ἡμῖν τὰ <sup>r)</sup> κεράμια ποτήρια.

Choaspi fluvio qui Susa praeterfluit, atque ex hoc solo bibit. Huius autem aquae decoctae plena vasa argentea portantes plurimi currus, rotarum quatuor, quos muli trahunt, ipsum sequuntur. At Ctesias Cnidius narrat etiam, quomodo regia haec Choaspis fluvii aqua coquatur, et quomodo vasis imposita, portetur ad regem, additque, illam et levissimam et suavissimam esse.

XXXIX. Libro XI. [cap. 3. p. 464, a. Casaub. c. 11. p. 201. V. 4. Schweigh.]

Verum repudianda sunt nobis fictilia pocula. Apud Persas enim, ut testatur Ctesias,

<sup>n)</sup> De aquae huius potu, quo utebantur soli reges Persarum, v. copiose Brissøn. I. I. de reg. Pers. [82. p. 122.] Gron.

<sup>o)</sup> Al. Χοάσπον, Χοάσπεως. Herod. Χοάσπω. Valcken. ad Herodot. postea pro φέρεται τῷ βασι. legi voluit συμφέρεται, improbane Schweigh. Animadvv. p. 319. Vol. 1. — <sup>p)</sup> Alii παρὰ. — <sup>q)</sup> Al. μόνον.

<sup>r)</sup> κεράμια edd. κεράμια ex cod. A. Schweigh. v. quem ad Xenoph. Anab. 3, 4, 7. laudavi Lobeck. ad Phrynich. p. 147.

καὶ γὰρ Κτησίας „παρὰ Πέρσαις, φησὶν, ὃν ἂν βασιλεὺς ἀτιμάσῃ, <sup>s)</sup> κεραμείους χρῆται<sup>t)</sup>.“

XL. Ἐκ τῶν Αἰλιανοῦ περὶ ζώων ἰδιότ. βιβλ. ζ.  
κεφ. α΄.

Πένυσμαι δὲ <sup>u)</sup> ἄρα καὶ ἀριθμητικῆς τὰς βοῦς οὐκ ἀμοίρους εἶναι τὰς Σούσιδας. Καὶ ὡς οὐκ ἔστιν ἄλλως κόμπος τὸ εἰρημένον, μάρτυς ὁ λόγος, ὁ λέγων ἐν Σούσις τῷ βασιλεῖ βοῦς ἐς τοὺς παραδείσους

quemcunque rex inhonoratum esse voluerit,  
fictilibus poculis utitur.

XL. Ex Aeliani de natura animal. lib. VII. cap. I.  
[Interpr. Schneid.]

Boves Susianas numerandi scientiae haud imperitas esse intellexi. Atque id minime fabulosum esse testatur narratio, quae ait, singulas earum Susis regi quotidie centum cados

<sup>s)</sup> κεραμείους codd. *Epit.* et A.; recepit Schweigh.

<sup>t)</sup> Eustath. ad Homer. Od. ι'. p. 1632. v. 1. ed. Roman.: Εἰς δὲ τὸ, τὰ κεραμεῖα μὴ ἐπιχωριάξεν τοῖς πάλαι, χρήσιμον Κτησίου τὸ, παρὰ Πέρσαις ὃν ἂν βασιλεὺς ἀτιμάσῃ, κεραμεοῖς ποτηρίοις χρᾶται; quae ex Athenaeo petita ab Eustathio videntur; et propterea in annot. tantum apposui.

<sup>u)</sup> Haec vox ex Mediceo (cod.) accessit. Eandem rem auctore eodem Ctesia narrat Plutarchus de Solertia p. 974. [v. seq. Fragm.] Rotas aquaticas, quae absque boum servitio manu aut pedibus versabantur in Aegypto, describit Philo T. I. p. 410. cf. Diodorus I. p. 40. Vitruvius X, 11. Rotas aquaticas, quae a bobus versantur, descripsit Maillet, *Descript. de l'Égypte* T. II. p. 93. easdem etiam delineavit Niebuhr, *Reisebeschr. von Arabien* I. p. 149. Plutarchus l. c. περιεργακτὰ ἀντλήματα nominat. Schneid.



πολλὰς ἐς τὰ ἥτιον ἐπιόρουτα, ἀντλεῖν ἐκάστην κάδου ἐκατόν. Οὐκοῦν ἢ τὸν ἐπινησθέντα αὐταῖς, ἢ τὸν συντραφέντα ἐκ πολλοῦ <sup>ν)</sup> μόχθου, προθυμότερα ἐκτελοῦσι· καὶ οὐκ ἂν βλακεύουσάν τινα θεάσαιο. Εἰ δὲ πέρα τῆς προειρημένης ἑκατοντάδος ἕνα γοῦν προσλιπαρήσαις κάδον ἀνιμήσασθαι, οὐ πείσεις, οὐδὲ ἀναγκάσεις, οὔτε παιῶν οὐδὲ κολακεύων, λέγει Κτησίας.

XLI. [Παρά τῷ Πλουτάρχῳ βιβλ. Πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, τὰ χέρσαια ἢ τὰ ἐνυδρα κεφ. κα.

Ἦτιον δὲ ταῦτα θαυμαστὰ, καίπερ ὄντα θαυμάσια, <sup>ω)</sup> ποιοῦσιν αἱ νόησιν ἀριθμοῦ καὶ δύναμι τοῦ ἀριθμεῖν ἔχουσαι φύσεις, ὥσπερ ἔχουσιν αἱ περὶ Σοῦσα βόες· εἰσὶ γὰρ ἀπὸ τοῦ βασιλικὸν παρὰ

in hortos sicciore et minus riguos haurire. Quem quidem laborem, sive quod sit eis certus et constitutus, sive etiam quia diu multumque in eo se exercuerint, promptissime obeunt; nullam enim earum ad opus remollescere videres. Ad alterum vero supra quam diximus cadum exhauriendum nec verberibus cogere, nec blanditiis inducere posses, ut ait Ctesias.

XLI. [Apud Plutarchum de solertia animalium cap. 21. (V. 5. p. 465. ed. stereot.) Interpr. Xylandr.

Haec quanquam mirabilia, minus tamen admirationem merentur, quam quod bestiae sunt, quae numeri vim intelligunt, et numerare possunt. Susis boves sunt, quae regium ibi hortum rigant portatilibus haustribus, quorum nu-

<sup>ν)</sup> μόχθου scripsit Gronov.

<sup>ω)</sup> Alii ποιοῦσι καὶ νόησ.

δασον ἄρδουσαι περιάκτους ἀντλήμασιν, ὡς ὤριστα  
τὸ πλῆθος· ἑκατὸν γὰρ ἐκάστη βούς ἀναφέρει καθ'  
ἡμέραν ἐκάστην ἀντλήματα· πλείονα δ' οὐκ ἔστιν,  
οὔτε λαβεῖν, οὔτε βιάσασθαι βουλόμενον· ἀλλὰ καὶ  
πέρας ἔνεκα πολλάκις προστιθέντων, ὑφίσταται, καὶ  
οὐ προείσιν, ἀποδοῦσα τὸ τεταγμένον· οὕτως ἀκρι-  
βῶς συντίθησι καὶ καταμνημονεύει τὸ κεφάλαιον, ὡς  
Κτησίας ὁ Κνίδιος ἰστόρηκεν.]

XLII. Παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ, Δειπνοσοφ. β'.

Κτησίας δ' ἰστορεῖ <sup>z)</sup> Ἀνναρον τὸν βασιλέως  
ὑπαρχον, καὶ τῆς Βαβυλωνίας δυναστεύσαντα, στολῆ  
χρησθῆναι γυναικεία καὶ κόσμῳ· καὶ ὅτι βασιλέως δου-  
λῶ ὄντι αὐτῷ, εἰς τὸ δεῖπνον εἰσήεσαν πενήκοντα καὶ

merus est definitus, ut quaevis bos quctidie cen-  
tum id genus vasa aquae plena eo portet; plu-  
ra ut portet, nulla ratione, ne vi quidem ulla  
efficiēs: nam saepe quidem tentatum est: sed  
bos ubi constitutum numerum absolvit, subsi-  
stit, néque amplius progreditur; ita accurate  
summam concipit, et in memoria conservat.  
Auctor Ctesias Cnidius.]

XLII. Apud Athenaeum Dipnosoph. XII. [c. 7. p.  
530, d. Casaub. c. 40. p. 470. V. 4. Schw.] — Interpra  
H. Steph.

Ctesias vero Annarum regis praefectum,  
et qui Babyloniae regionis imperium obtinue-  
rat, veste et ornatu muliebri usum esse tradit:  
et ad eum coenantem, quum regis servus esset,  
accedere solitas CL. psallentes et canentes mu-

x) cf. Nicol. Damasc. p. 426. (p. 18. ed. Orell.)  
Hemsterh. ad Lucian. Dial. Mort. T. 2. p. 444. ed. Bip.

ἑκατὸν γ) ψάλλουσαι καὶ ᾄδουσαι γυναῖκες. ἔψαλλον δὲ αὐται, καὶ ᾄδον ἐκείνου δειπνοῦντος.

XLIII. Παρὰ τῷ Στεφάνῳ.

Βαρήνη, πόλις Μηδίας, ἐγγὺς Ἀγβατάνων<sup>z)</sup>.

XLIV. Παρὰ τῷ αὐτῷ ἐν Ἀγβάτανα.

Κτησίας δὲ πανταχοῦ τῶν Περσικῶν τὰ περὶ Μήδοις Ἀγβάτανα δια τοῦ α γραφεῖ<sup>a)</sup>.

Heres. Psallebant autem hae et canebant illo coenante.

XLIII. Apud Stephanum.

Barene, urbs Mediae vicina Agbatanis.

XLIV. Apud eundem, voce Agbatanae

Ctesias vero ubique in Persicis, Medorum Agbatana per A scribit.

γ) V. Th. Marcil. interpr. ad Suetonii Titum in cap. 3. ad ista: ut qui cantaret et psalleret. adi et in primis de his μουσουργοῖς mulieribus doctiss. Brissonium lib. I. de reg. Pers. [c. 96. p. 142 sqq.] Gron.

z) Non facit Stephanus Ctesiae mentionem de hac urbe. Ex eo tamen cum A. Schotto puto, et epitomator quidam nomen Ctesiae omiserit. v. Excerpta Persicorum supra c. 4. Gron.

a) De huius nominis διπλογραφία plura ibi ἑθνικῶν scriptor. Bekel. ad Steph. "Nullum tamen in Ctesiae excerptis huius rei vestigium invenimus. Passim Ἐσβάτανα non vero Ἀγβάτανα ibi legitur." cf. Reiland. de vet. Ling. Pers. in Dissertt. Miscell. P. II. p. 106 sqq. qui ex Persicis vv. Ak i. e. dominus, magnus et Abaddā i. e. locus cultus et incolis refertus, nomen urbis compositum dicit. Plures qui huius urbis mentionem iniecerunt nominavit et de urbis situ ipse copiose disseruit Rennell, Geograph. Syst. of Herodot. p. 272.

XLV. Ἐν τῷ αὐτῷ.

b) Δερβίκαι, ἔθνος πλησίον τῶν Ὑρκανῶν. Ἀπολλώνιος δὲ δις τὸ κκ γράφει. Κτησίας δὲ Δερβίους αὐτοὺς φησιν, <sup>e)</sup> ἢ Τερβισσοὺς.

XLVI. Παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ, Δειπνοσοφ. ιγ.

Καὶ ἡ ἐπ' Αἴγυπτον δὲ Καμβύσου στρατεία, ὡς φησι Κτησίας, διὰ γυναῖκα ἐγένετο. ὁ γὰρ d) Καμβύσης, πανθανόμενος τὰς Αἴγυπτίας γυναῖκας ἐν ταῖς συνουσίαις διαφέρειν τῶν ἄλλων, ἐπέμψε πρὸς Ἀμασιν τὸν Αἴγυπτίων βασιλέα, μίαν αἰτῶν πρὸς γάμον τῶν θυγατέρων. ὁ δὲ τῶν μὲν ἑαυτοῦ οὐκ ἔδωκεν,

XLV. Ibidem.

Derbicae, gens vicina Hyrcanis. Apollonius vero cum duplici κκ scribit. Ctesias autem Derbios eos dicit, sive Terbissos.

XLVI. Apud Athenaeum, Dipnosoph. XIII. [c. 1. p. 560, d. Cas. c. 10. p. 22 sq. V. 5. Schw.] — Interpr. H. Steph.

Quinetiam Cambysi suscipiendae in Aegyptum expeditionis (ut scribit Ctesias) caussa fuit mulier. Nam quum Aegyptias mulieres in congressu praestare ceteris intellexisset, ad Amasin Aegypti regem misit, unam ex eius filiabus in uxorem poscens. At hic e suis quidem unam

b) Ita scripsi, male vulgo Δερβίκαι. quod notavit et H. Steph. supra Pers. Excerpt. c. 6. suadet id et series nominum in Stephano. Et ait Apollonium per duplex κκ scribere, quod alii nimirum per unum Δερβίκαι, ut primum itaque posuisse videtur Stephanus. Gron.

c) Pro ἡ T. Berkel. edidit καὶ Δερβισσοὺς.

d) cf. Herodot. 3, init.

(ὕπονοήσας μὴ γυναῖκός ἔξειν αὐτὴν τιμὴν, ἀλλὰ παλλακίδος·) ἔπεμψε δὲ τὴν Ἀπρίου θυγατέρα Νειτήτιν. ὁ δὲ Ἀπρίας ἐκπεπτόκει τῆς Αἰγυπτίων βασιλείας, διὰ τὴν γενομένην ἦτταν πρὸς Κυρηναίους, καὶ <sup>e)</sup> ἀνήρητο ὑπὸ Ἀμασίδος. ἠσθεὶς οὖν ὁ Καμβύσης τῇ Νειτήτιδι, καὶ σφόδρα ἐριθισθεὶς, ἐκμανθάνει παρ' αὐτῆς τὰ πάντα· καὶ δεηθείσης ἐκδικῆσαι τοῦ Ἀπρίου τὸν φόνον, <sup>f)</sup> πείθει πολεμῆσαι Αἰγυπτίους.

XLVII. Παρὰ τοῦ Αἰλιανῶ ἐν τῷ 15<sup>ῳ</sup> περὶ ζῴ. ἰδιότ.  
κεφ. μβ.

Κτησίας γε μὴν <sup>g)</sup> ὁ Κνιδίος φησὶ περὶ τὴν

haud misit, suspicatus illi non habitum iri honorem uxori debitum, sed pallacae: verum Apriae filiam, Neitetin. Exciderat autem regno Apries, propter cladem in pugna adversus Cyrenenses acceptam, et ab Amasi fuerat interfectus. Cambyses Neitetidis consuetudine delectatus, et valde in amorem eius illectus, omnia ex illa discit: et quum orasset eum, ut caedem Apriae patris ulcisceretur, persuadet, ut bellum Aegyptiis inferat.

XLVII. Apud Aelianum lib. XVI. de nat. animal.  
cap. 42. [Ex interpr. Schneideri.]

Ctesias Cnidius refert in flumine, cui nomen Argades, quod ad Persicam Sittacen est,

<sup>e)</sup> Edd. ἀνήρητο.

<sup>f)</sup> Utique aut πείσσειαι malle, aut ἢ δὲ δεηθείσα πείθει. Sed vulgatum accurate tenent ambo nostri codd. mssti. Schweigh. Animadv. p. 21. V. 7.

<sup>g)</sup> Potuit hoc et ex Indicis Ctesiae excerpisse Aelianus, e quibus fere quae ex hoc auctore apud eum legas. Ut itaque hoc non nego: ita hic sequi libuit

Περσικήν *h)* Σιττάκην ποταμὸν εἶναι, Ἀργάδην ὄνομα ὄφεις δὲ ἐν αὐτῷ γενέσθαι πολλοὺς, μέλανας τὸ σῶμα, πλὴν γὰρ τῆς κεφαλῆς, εἶναι δὲ αὐτοῖς λευκὴν ταύτην· προίεναι δὲ εἰς ὄργυιάν τὸ μῆκος τοὺς ὄφεις τούσδε, τοὺς οὖν ὑπὸ τούτων δηχθέντας ἀποθνήσκεν· καὶ μεθ' ἡμέραν μὲν μὴ ὄρασθαι, ὑγρῶν δὲ νήχεσθαι· νυκτῶ δ' ἢ τοὺς ὑδρευομένους, ἢ τοὺς τὴν ἐσθῆτα φαιδρύνοντας διαφθεῖρειν· πολλοὺς δὲ ἄρα πάσχειν τοῦτο, ἢ γρῆα ὕδατος ἐπιλείποντος, ἢ μεθ' ἡμέραν ἀσχοληθέντας, καὶ ἀποπλῦναι τὴν ἐσθῆτα μὴ δεδυνημένους.

XLVIII. [Παρά τῷ Στράβωνι Γεωγραφ. βιβλ.

ἑκκαίδεκ.

Αἱ δὲ τῶν ὀνομάτων μεταπτώσεις, καὶ μάλιστα

serpentes abunde gigni, capite albas reliquo corpore nigras; quatuor cubitorum longitudinem habere et quos morsu percusserint interimere; interdium eas haudquaquam videri solere, sub aqua natantes; noctu vero vel aquantibus, vel lintea lavantibus (quod non pauci faciunt, vel propter aquae deficientis necessitatem, vel quod impediti negotiis interdium vestes non abluerint) perniciem inferre.

XLVIII. [Apud Strabon. Geogr. lib. XVI, extr. p. 412. ed. stereot. interpr. Casaub.

Nominum enim mutationes permultae sunt,

amicum nostrum, clariss. A. Schottum, qui ad Persica haec quoque retulisse videtur. Gronov.

*h)* Plinius VI. p. 334.: *Sittacene* — dividitur *Archoo*. An idem Archous cum Argade Aeliani? Post ἀποθνήσκειν Mediceus καὶ inseruit, ut antea φησὶ post verba ὁ Κνίδιος. Schneid. De Sitace urbe v. ad Xenophont. Anab. II, 4, 13.

τῶν βαρβαρικῶν πολλὰ καθάπερ ἰ) τὸν Δαριῆα Δαρείου ἐκάλεσαν, τὴν δὲ κ) Φάρζιρον Παρυσάτιν, ἠ) Ἀταργάτην δὲ τὴν Ἀθάραν· Δερκετῶ δ' αὐτὴν Κτησίᾳς καλεῖ.]

XLIX. [Παρά τῷ Ἐρατοσθένει, (εἰ οὗτος ὁ γράψας) Καταστερισμῶν κεφ. λγ'. Ἰχθύς.]

Οὗτός ἐστιν ὁ Μέγας καλούμενος Ἰχθύς, ἠ) ὃν καὶ πικρὴν λέγουσι τὸ ὕδωρ τῆς τοῦ Ὑδροχόου ἐκπίσεως. Ἰστορεῖται δὲ περὶ τούτου, ὡς φησι ο) Κτη-

praesertim Barbarorum, quemadmodum Daria-  
cem Darium, Pharzirim vero Parysatim, Atar-  
gatam Atharam dixerunt: quam Ctesias Der-  
ceto vocavit.]

XLIX. [Apud Eratosthenem (si is auctor est m)]  
Catasterismorum cap. 38. Piscis. Interpr. Schaubach.

Hic est magnus ille Piscis, quem aiunt  
aquam epotare quam fundit Aquarii urna. De  
hoc Pisce narratur, ut testis est Ctesias, pri-

δ) Puto scripsisse Strabonem τὸν Δαριαοῦην. Nam  
Hebraeis Darius vocatur Dariaues; Ctesiae Δαριαῖος;  
Aeschylō nescio quare Δαρειάν. Casaub. cf. Reland.  
de vet. ling. Pers. in Dissertt. Miscell. P. II. p. 172 sqq.

κ) Scripti libri Φάρζιρον.

λ) Supra (ap. Strab.) Ἀταργάτις. Vocatur et Astar-  
te; v. Lucian. de Dea Syr. Plutarch. et Hygin. Ca-  
saub. cf. Reland. de vet. ling. Pers. l. l. p. 142 sq.

μ) v. Bernhardi in Eratosthenaicis p. 114 sqq.

ν) Koppiers legit ἂν κάπτειν λέγουσι, quod est κα-  
ταπίνειν. Hygin. De Derceto cf. Salmas. ad Solin. p.  
405. Ovid. Metam. IV, 45. Schaubach.

ο) Dubium est, in quo libro de dea hac egerit. Sed  
apud Phot. n. 72. ex iis, quae Athenagoras de legatio-  
ne pro Christianis affert, in prioribus libris de rebus

σίας, εἶναι πρότερον <sup>π)</sup> ἐν λίμνῃ τινὶ <sup>ρ)</sup> κατὰ τὴν Βαμβύκην· ἐμπεσοῦσης δὲ τῆς <sup>τ)</sup> Δερκετοῦς νυκτὸς (<sup>ς)</sup> σῶσαι αὐτήν·) ἦν οἱ περὶ τοὺς τόπους οἰκοῦντες <sup>ε)</sup> Συρίαν θεὸν ὠνόμασαν· τούτων καὶ τοὺς δύο φα-

mo conspectum fuisse in lacu non procul a Bambyce, et quod servaverit Dercetonem noctu in mare lapsam. Hanc Dercetonem Syri Deam dicunt. Huius piscis nepotes duos alios pisces

Persicis de ea egisse videtur, ubi res Assyriacas tractaverat; Semiramidis igitur mentionem fecerat, cuius mater Derceto eodem teste fuerat. *Schaub.*

*p)* Apud Ascalonem urbem. Diodor. II, 4. *Schaub.*

*q)* Urbs ad Euphratem posita, alias Edessa aut Hierapolis nominata. Strab. XVI. p. 515. *Schaub.* Cod. Vindob. apud Matthiaeum (Arat. Eratosth. et Dionys. Perieg.) praebet: κατὰ τὴν βομβύκων ἐμπεσοῦσης.

*r)* Res iam veteribus ignota atque ab iis confusa. cf. Salmasius, qui inter Ἀταργάτιν, Ἀστάρτην et deam Syriam distinguit et Atargatin et Derceto eandem esse adfirmat. Sed Straboni in his nimiam fidem tribuere videtur, quippe qui Ctesiam secutus, eius verba autem non intellexerat. In fabula ipsa Lucianum de Dea Syria sequi vellem, et Astarten et Atargatin et Deam Syriam unam eandemque Deam in templo quodam ad lacum cultam fuisse crederem. Ita explicatur, quo modo Eratosthenes eam Virginis sideri applicare poterat c. 9. Altera vero dea Derceto, fortasse astronomicae originis, quae Hierapoli colebatur, forma muliebri et in piscis caudam desinente fingebatur. Res quidem non satis clara. *Schaub.* cf. *Jackson, Chronological Antiquities*, V. 1. p. 209. annot. 28.

*s)* Haec vv. vulgo deesse solent; et desunt in cod. Vindob. apud Matthiaeum. *Schaub.* coniecit fortasse legendum esse: ἐμπεσοῦσης δὲ τ. Δ. νυκτὸς, αὐτὴν γενέσθαι ἰχθύον. Verba σῶσαι αὐτήν recepta esse probavit Heyne in Epistol. Eratostheni praefixa p. XL. ed. *Schaub.*

*t)* Vulgo legebatur Συρίας θεόν; emendavit Heyn. I.



αὐτῶν Ἰχθύας ἐκτόνους εἶναι, οὓς πάντας ἐτίμησαν καὶ ἐν τοῖς ἄστροις ἔθηκαν.]

esse affirmant, quos omnes Syri venerati sunt, et in astris collocarunt.]

L. [Tertullianus Apologetico. p. 10. ed. Rigalt.

Persas cum suis matribus misceri Ctesias refert u).]

(Quae subiiciuntur iam de Artoxerxe et Cyro, Cyrique adversus fratrem expeditione etc. patet ex superioribus, quae Photius excerpserit, cap. 58, 59. Pers. fuisse e libro Persicorum Ctesiae XIX., et potissimum, ni fallor, ex XX., et posterioribus etiam aliqua. Gron.)

LI. Παρὰ τῷ Πλουτάρχῳ, ἐν τῷ Ἀρταξέρξου βίῳ.

Ὁ μὲν οὖν Κύρος ἀπὸ Κύρου τοῦ παλαιοῦ τοῦ-

LI. Apud Plutarchum, in Artoxerxis vita. c. I.

[Interpr. Xylandro.]

Ac Cyrus a Cyro prisco nomen mutuatus est: illi a sole aiunt inditum. Cyrum enim vo-

l. p. XLI. — [Hyginus Poetic. Astronomic. lib. II. c. XLI. — Piscis, qui Notius appellatur. Hic videtur ore aquam excipere a signo Aquarii, qui laborantem quondam Isin servasse existimatur: pro quo beneficio simulacrum piscis, et eius filiorum, de quibus ante diximus, inter astra constituit. Itaque Syri complures pisces non essitant, et eorum simulacra inaurata pro diis penetibus colunt. De hoc et Hegesias scribit. (Hesias hab. edit. Veneta, Hesias Ulitt. 3. et codd. Modii, qui recte inde Ctesias facit.)]

u) cf. Brisson. de Regno Pers. II, 155. p. 493. Kanne ad Cononis Narrationes IX. p. 86.

νομα ἔσχεν, \*) ἐκεῖνο δ' ἀπὸ τοῦ \*) ἡλίου γενέσθαι φασί. Κῦρον γὰρ καλεῖν Πέρσας τὸν ἥλιον. Ὁ δ' ω) Ἀρτοξέρξης x) Ἀρσίκας πρότερον ἐκαλεῖτο· καίτοι Δείνων φησὶν, ὅτι γ) Ὀάρτης. Ἀλλὰ τὸν Κτησίαν, εἰ καὶ τᾶλλα μύθων ἀπιθάνων z) καὶ παραφύρων ἐμβέβληκεν εἰς τὰ βιβλία παντοδαπὴν a) πυλαίαν, οὐκ

care Persas Solem. Artaxerxes ante Arsicas dictus fuit, quamvis Oarsem ferat nuncupatum Dinon. Verum Ctesiam, etsi alioquin absurdarum et insularum in libros suos variam fabularum colluviem invexerit, haud probabile sit tamen, appellationem fugisse regis, in cuius

v) ἐκεῖνον cod. Germ. habet in Plut. vita. cf. Excerpt. P. 48.

\*) Apud Persas sol vocatur *Kóhr*. v. Heeren. *Ideen* V. 1. P. 1. p. 293. v. ad Excerpt. P. 49.

w) Apud Diodorum et apud Xenophontem *Artaxerxes* legitur. Sed id non multum refert, et per o etiam in Ctesiae epitomis legitur. [v. supra.] *Xylander*.

x) Quod hic nomen regis Arsicas legitur, mutare ausus non sum, quamquam in Ctesiana epitoma [Excerpt. 48. 56.] Ἀρσάκης legatur. Hoc autem nomen est, quam alterum notius, et regibus Parthorum omnibus fuit commune, ut Ptolemaei Aegyptiorum. *Xylander*. Reland. de vet. ling. Pers. in Dissertt. Miscell. P. II. p. 99. in Hesychio sub v. Ἀβίλτακα fortasse scribendum esse Ἀρσικαν, μνήμονα, Πέρσαι suspicatus est.

γ) Editio Flor. Ὀάρσης. In cod. Vulcob. ὁ Ἀρσης omisso ὅτι.

z) Verba καὶ παρ. absunt a SGerm.

a) In variis lectt. edit. Paris. Scholium additum est ad hanc vocem, his verbis: Πυλαιαστάς, τοὺς ψευδοτάς Ῥόδιοι, τοὺς μηδὲν ὀγιὲς μήτε λέγοντας, μήτε πράττοντας. V. Hesych. Apud Suidam etiam

εἰκός ἐστιν ἀγνοεῖν τοῦνομα τοῦ βασιλέως; παρ' ᾧ  
διέτριβε, θεραπεύων αὐτὸν καὶ γυναῖκα καὶ μητέρα  
καὶ παῖδας.

LII. Παρὰ τῷ Ξενοφῶντι, ἐν τῷ α' τῆς Κύρου  
ἀναβάσεως.

Σὺν τούτοις δὲ ὢν, [ὁ Κῦρος] καθορᾷ βασιλέα  
καὶ τὸ ἀμφ' ἐκείνον στίφος· καὶ εὐθύς οὐκ ἠνέσχετο,  
ἀλλὰ εἰπὼν, Ὁρῶ τὸν ἄνδρα, ἔτετο ἐπ' αὐτόν· καὶ  
παίει κατὰ τὸ στέρνον, καὶ τιρώσκει διὰ τοῦ θώρα-  
κος, ὡς φησὶ Κτησίας ὁ ἰατρός, καὶ ἰᾶσθαι αὐ-  
τὸς τὸ τραῦμά φησι. Παίοντα δ' αὐτὸν ἀκοντίζει  
τις παλτῶ ὑπὸ τὸν ὀφθαλμὸν βιαίως· καὶ ἐνταῦθα  
μαχόμενοι καὶ βασιλεὺς καὶ Κῦρος, καὶ οἱ ἀμφ' αὐ-  
τοῦς ὑπὲρ ἑκατέρου, ὅποσοι μὲν τῶν ἀμφὶ βασιλέα

contubernio agebat, medicus eius, uxoris, ma-  
tris, et liberorum.

LII. Apud Xenophontem libro I. de expeditione  
Cyrī. [c. 8, 26. 27. p. 101 sq. Interpr. Leunclavio.]

Hos quum apud se haberet [Cyrus,] regem  
cum globo suo conspicit: et mox, quia se con-  
tinere non poterat: Video, inquit, hominem.  
Itaque facto in ipsum impetu, pectus ei ferit,  
et per ipsam loricam fratrem vulnerat, quem-  
admodum Ctesias medicus memoriae prodidit,  
qui se etiam vulnus illud curasse commemorat.  
Dum fratrem Cyrus ferit, quidam magna vi  
hastam vibrans, sub oculum eius adigit. Ibi  
dum et rex et Cyrus inter se dimicant, et qui  
utrumque tutabantur: quot homines ex parte

πυλαιστάτους, πυλαιαστάς legendum est. *Bryan.* et  
*Dysoul.*

ἀπέθανον, Κτησίας λέγει· (παρ' ἐκείνω γὰρ ἦν) Κῦρος δὲ αὐτὸς τε ἀπέθανε, καὶ ὁκτὼ οἱ ἄριστοι τῶν περὶ αὐτὸν ἔκειντο ἐπ' αὐτῷ.

LIII. Πάλιν ἐκ τοῦ Πλουτάρχου, ἐν τῷ Ἄρτ.  
βίῳ.

Ἡ δὲ Κτησίου διήγησις, ὡς ἐπιτεμόντι πολλὰ σοντόμως ἀπαγγεῖλαι, τοιαύτη τις ἐστί. Κῦρος, ἀποκτείνας Ἀρταγέρσην, ἤλαυνεν εἰς αὐτὸν βασιλέα τὸν ἵππον, καὶ αὐτὸς εἰς ἐκείνον, ἀμφοτέρω σιωπῇ. Φθάσει δὲ βῆλλον Ἀριαῖος, ὁ Κῦρου φίλος, βασιλέα, καὶ οὐκ ἔτρωσε. Βασιλεὺς δ' ἀφείκε τὸ δόρυ, Κῦρου μὲν οὐκ ἔτυχε, <sup>b)</sup> Τισαφέρην δὲ, πιστὸν ἄνδρα Κῦρω καὶ γενναῖον, ἔβαλε καὶ κατέκτεινε. Κῦρος δ' ἐπ' αὐτὸν ἐξακοντίσας, διὰ τοῦ θώρακος ἔτρωσε τὸ στήθος, ὅσον ἐνδύσαι δύο δακτύλους τὸ ἀκόντιον, πεσεῖν δ'

regis interierint, Ctesias refert, qui apud regem tunc erat.

LIII. Ex Plutarcho l. l. [c. 11.]

Ctesiae narratio, ut brevibus multa perstringam, huiuscemodi est. Cyrus, trucidato Artagerse, equum in regem permisit, et hic in illum, silentio uterque. Occupat Cyri amicus, Ariaeus, ferire regem, nec sauciavit eum. Rex, missa lancea, a Cyro aberravit, Tissaphernem autem, fidum Cyro et fortem virum, percussit atque interemit. Cyrus intorto per loricam regis iaculo vulnus pectori illius ingessit duos digitos altum: unde ille ictus vi defluxit ex

<sup>b)</sup> Ms. SGerm. Τασιφέρην. Reisk. coniecit: Σατιβαρζάνην, quod nomen, ut Bagoas videtur Eunuchorum proprium fuisse. v. Bryan et Dusoul. ad c. 12.

αὐτὸν <sup>c)</sup> ὑπὸ τῆς πληγῆς ἀπὸ τοῦ ἵππου. Φυγῆς δὲ καὶ ταραχῆς τῶν περὶ αὐτὸν γενομένης, ὁ μὲν ἀναστὰς μετ' ὀλίγων, ἐν οἷς καὶ Κτησίας ἦν, λόφον τινα πλησίον καταλαβὼν ἠσύχαζε. Κύρον δὲ τοῖς πολεμίοις ἐνειλούμενον ὁ ἵππος ἐξέφερεν ὑπὸ θυμοῦ μακρὰν, ἥδη σκότους ὄντος, ἀγνοούμενον ὑπὸ τῶν πολεμίων, καὶ ζητούμενον ὑπὸ τῶν φίλων. Ἐπαιρόμενος δὲ τῇ νίκῃ, καὶ μέστὸς ὢν <sup>d)</sup> ὄρμῆς καὶ θράσους, διεξήλαυνε βοῶν. „Ἐξίστασθε, πενιχροί.“ Τοῦτο δὲ Περσιστὶ πολλάκις αὐτοῦ βοῶντος, οἱ μὲν ἐξίσταντο προσκυνοῦντες. ἀποπίπτει δὲ τῆς κεφαλῆς ἢ τιὰρα τοῦ Κύρου, καὶ παρατρέγων νεανίας <sup>e)</sup> Πέρσης, ὄνομα Μιθριδάτης, ἀκοντίῳ βάλλει τὸν κρόταρον αὐτοῦ παρὰ τὸν ὀφθαλμὸν, ἀγνοῶν, ὅστις <sup>f)</sup> εἶη. Πολὺ δ' αἷμα τοῦ τραύματος ἐκβαλόντος, ἰληγγιάσας καὶ

equo ad terram. Fuga et tumultu cohortis regiae edito, rex assurgens cum paucis, inter quos fuit Ctesias, tumulum vicinum cepit, ubi tenuit se quietum. Cyrum inter hostes volitantem equus ferox longe abstulit, nec tenebris iam cognoscebatur ab hostibus, et ab amicis quaerebatur. Erectus autem victoria, ardorisque et fiduciae plenus, per medios vehebatur hostes, clamans: Cedite, miseri. Dum hoc identidem lingua Persica clamat, pars venerabundi decedunt ei via. Ibi quum tiara capiti eius defluisset, praetercurrens adolescens Perses, Mithridati nomen erat, tempus Cyri iaculo secundum oculum ferit, inscius, qui sit. Eructante vim sanguinis vulnere, captus Cyrus vertigine et so-

c) Cod. SGerm. ἀπὸ.

d) Idem lib. ὄρμῆς.

e) Sequi Ctesiam videtur Diodor. 14, 23, fin. p. 659.

f) Ita cod. Vulc. Alii εἶπεν.

καρωθεὶς ὁ Κῦρος ἔπεσε. Καὶ ὁ μὲν ἵππος ὑπεκφυγὼν ἐπλάζετο· τὸν δ' ε) ἐφίππειον πῖλον ἀπορρόν-  
 έντα λαμβάνει τοῦ τὸν Κῦρον βαλόντος ἀκόλουθος,  
 αἵματος η) περίπλεω. Τὸν δὲ Κῦρον, ἐκ τῆς πλη-  
 γῆς ἀναφέροντα χαλεπῶς καὶ μόλις, εὐνοῦχοὶ τινες  
 ι) παρόντες ὀλίγοι ἐπεχείρουν ἐπ' ἄλλον ἵππον ἀναθέ-  
 σθαι καὶ σῶζειν. Ἀδυνάτως δ' ἔχοντα, καὶ δι' αὐ-  
 τοῦ προθυμούμενον βαδίζειν, ὑπολαβόντες ἤγον· τῷ  
 μὲν σώματι καρηβαροῦντα καὶ σφαλλόμενον, οἴομενον  
 δὲ νικᾶν, ἀκούοντα τῶν φευγόντων ἀνακαλουμένων Κῦ-  
 ρον βασιλέα, καὶ φεΐδεσθαι δεομένων. Ἐν δὲ τούτῳ  
 Καῦνιοὶ τινες ἄνθρωποι κακόβιοι καὶ ἄποροι, καὶ τα-  
 πευῶν ὑπουργημάτων ἕνεκα τῆ τοῦ βασιλέως στρατιᾶς  
 παρακολουθοῦντες, ἔτυχον. κ) συναναμιχθέντες ὡς

pore collabitur. Equus fugiens oberrabat. Stra-  
 tum equi prolapsum capit comes illius, qui Cy-  
 rum percussit, sanguine redundantem. Cyrum  
 ex plaga aegre tandem colligentem se assisten-  
 tes eunuchi pauci alteri equo imposuere, quo  
 eriperent eum: quem equitandi impotentem,  
 pedibusque connitentem ire, sustinentes duce-  
 bant, corpore quidem ob vulnus in capite ac-  
 ceptum gravem cespitantemque, sed victorem  
 arbitrantem se, quod fugientes audiret Cyrum  
 regem alta voce appellantes, atque, ut parceret  
 ipsis orantes. Interea Caunii quidam homines  
 tenues inopesque, qui humilium ministeriorum  
 gratia regis castra sequebantur, confusi forte, ut  
 amici, fuere cum illis, qui circa Cyrum erant.

g) Ita idem lib. Alii ἐφίππειον.

h) περίπλεον cod. Vulcob.

i) ὀλίγοι παρόντες SGerm.

k) Ita Vulcob. et SGerm. Al. ἀναμ.

φίλοι τοῖς περὶ <sup>l)</sup> τὸν Κύρον. Ὡς δὲ μόλις συνιῶδον  
 τὰ <sup>m)</sup> ἐπιθωρακίδια φοιτᾶ, λευκοῖς χρωμένω τῶν  
 βασιλικῶν ἀπάντων, ἔγνωσαν πολεμίους ὄντας. Εἰς  
 οὖν ἐκείνων ἐτόλμησεν ἀγνοῶν ἐξοπλισθὲν βαλεῖν τὸν  
 Κύρον ἀκουτίῳ. Τῆς δὲ περὶ τὴν ἰγνύαν φλεβῶς  
 ἀναρῶσθαι, πεσὼν ὁ Κύρος, ἅμα παῖει πρὸς τινὲ  
 λίθῳ τὸν τετραμένον κρόταρον, καὶ ἀποθνήσκει.  
 Τοιοῦτος μὲν ὁ Κτησίου λόγος, ὃ, καθάπερ ἀμ-  
 βλεῖ ξυριδίῳ, μόλις ἀναρωῶν τὸν ἄνθρωπον ἀνήσηκεν.

LIV. Παρὰ τῷ αὐτῷ Πλουτάρχῳ, ὀλίγῳ ὕστερον.

Ἐξεληλάκει δ', ὡς ὁ Κτησίας φησὶν, ἐπὶ τῇ  
 μάχῃ <sup>n)</sup> τεσσαράκοντα μυριάσιν. Οἱ δὲ περὶ Δεινωνα  
 καὶ Ξενοφῶντα πολὺ πλείονας γενέσθαι λέγουσι τὰς

Hi ut tandem punicea sagula eorum advertere,  
 quum regii haberent omnes candida, intellexe-  
 runt, hostes esse. Ita unus eorum ausus est,  
 ignarus, qui esset, Cyrum iaculo a tergo ferire.  
 Vulnerata poplitis vena, prolapsus Cyrus tem-  
 pus simul saucium ad saxum offendit, unde ani-  
 mam exhalavit. Haec Ctesiae verba sunt,  
 quibus, quasi hebeti mucrone, vix tandem in-  
 terficiens hominem eum sustulit.

LIV. Apud eundem Plutarchum, paullo post.

[c. 13. et 14.]

Eduxerat (Artoxerxes), ut Ctesias auctor  
 est, in aciem CCCC. millia. Dinon et Xeno-  
 phon multo plures fuisse, qui pugnauerunt,

l) Articul. abest a SGerm.

m) Idem ἐπιθωρ.

n) Eundem numerum edidit Diodor. 14, 22. p. 657.  
 Wesseling.

μεμαχημένους. Ἀριθμὸν δὲ νεκρῶν ἡ Κτησίας  
 ο) ἑννακισχιλίουσ ἀνευχθῆναι φησι πρὸς τὸν Ἀρτο-  
 ξέρην, ρ) αὐτῷ δὲ διαμυρίων οὐκ ἐλάττους φανῆναι  
 τοὺς κειμένους. Ταῦτα μὲν οὖν ρ) ἔχει διαμφοισβήτη-  
 σιν· ἐκεῖνο δὲ τοῦ Κτησίου λαμπρὸν ἴδη ψεῦσμα,  
 τὸ πεμφθῆναι φάναι πρὸς τοὺς Ἕλληνας αὐτὸν μετὰ  
 ρ) Φαλήνου, τοῦ Ζακυνθίου, καὶ τινων ἄλλων. Ὅ-  
 γὰρ Ξενοφῶν ἠπίστατο συνδιατρίβοντα βασιλεῖ Κτη-  
 σίαν· μέμνηται γὰρ αὐτοῦ, καὶ τοῖς βιβλίοις τούτοις  
 σ) ἐντετυχηκῶς δηλὸς ἐστίν. Οὐκ ἂν οὖν ἐλθόντα, καὶ

memorant. Inito caesorum numero, Ctesias  
 IX. millia capitum relata perhibet ad Artoxer-  
 xem: sibi vero non minus XX. millia visos,  
 qui ceciderant. Verum haec in controversia  
 fuere. Illud vero iam Ctesiae notabile est  
 mendacium, qui se cum Zacynthio Phaleno et  
 quibusdam aliis missum refert ad Graecos. Nam  
 Xenophontem non latuit, agere in regis contu-  
 bernio Ctesiam. Siquidem meminit eius, et  
 constat, hosce libros eum voluisse. Quare nun-

ο) Diodor. p. 255. XV. millia habet. In cod. SGerm.  
 est ἑννακ. Alii: ἑνακ.

ρ) Xylander vertit: Ipsi cadavera visa haud pauciora  
 viginti millibus esse ait: et annotat: αὐτῷ. Locus  
 est ambiguus et obscurus. Nam neque satis liquet, de  
 Cyrene, an regis exercitu perierint, qui hic numeran-  
 tur: et quo illud αὐτῷ pertineat, non constat. Ego  
 ad Ctesiam potius retulerim. Minime quidem Lapo  
 assentior, qui alterum numerum ad Cyrianos, alterum  
 ad regios retulit. cf. Diodor. Gron. Ceterum διαμυ-  
 ρίουσ habet SGerm.

ρ) Ita SGerm. Al. ἔσχε.

ρ) Vulcob. Φαλλήνου. Al. Φαλλου. v. ad Xenoph.  
 Anab. II, 1, 7. V. 1. p. 131.

σ) Al. ἐντετυχῶς.



λόγων τοσούτων ἐρημνία γέγονε, παρήκεν ἀνώνυμον, Φάληρον δὲ, τὸν Ζακύνθιον, ὠνόμαζεν. Ἀλλὰ δαιμονίως ὁ Κτησίας, ὡς εἶπε, φιλότιμος ὢν, καὶ οὐχ ἦττον φιλοτάκων καὶ φιλοκλέαρχος, αἰεί τινας ἐν τῇ διηγήσει χώρας ἑαυτῷ δίδωσιν· ἐν αἷς γέγονε πολλὰ καὶ καλὰ <sup>τ)</sup> μνησέται Κλεάρχου καὶ τῆς Λακεδαιμόνου. Μετὰ δὲ τὴν μάχην δῶρα κάλλιστα μὲν ἐξέπεμψε καὶ μέγιστα τῷ Ἀρταγέρσου παιδί, τοῦ πεσόντος ὑπὸ Κύρου· καλῶς δὲ καὶ Κτησίαν καὶ τοὺς ἄλλους ἐτίμησε.

LV. Παρὰ τῷ αὐτῷ Πλ., ἐν τῷ αὐτῷ βίῳ.

Ἐπεὶ δὲ Κλεάρχον καὶ τοὺς ἄλλους στρατηγούς Τισσαφέρους ἐξηπάτησε καὶ παρεσπόνδησεν, ὄρκων γενομένων, καὶ συλλαβῶν ἀνέπεμψε ἐν πέδαις δεδεμέ-

tium eum et tantae fuisse legationis interpretem non praeterisset tacitum: praesertim cum Phalenum Zacynthium nominarit. Sed mire scilicet ambitiosus Ctesias, nec secius Laconum et Clearchi studiosus, passim in historia aliquas sibi ipsi attribuit partes: in quibus quum est, multa et praeclara de Clearcho commemorat et de Lacedaemone. (c. 12.) Secundum proelium eximia dona et maxima, Artagersis, qui a Cyro fuerat interemptus, filio misit. Magnifice etiam Ctesiam caeterosque honoravit.

LV. Apud eundem Plut. in eadem vita.

[c. 18. et 19.]

Postquam Clearchum aliosque duces interposito iureiurando circumvenit Tissaphernes, comprehensosque et vinculis adstrictos ad re-

τ) SGerm. et Vulcob. e Iuntina μνησεται.

νοὺς, δεηθῆναι φησὶν αὐτοῦ τὸν Κλέαρχον ὁ Κτη-  
σίας, ὅπως κτενὸς <sup>u)</sup> εὐπορήσειε. Τυχόντα δὲ καὶ  
τημελήσαντα τὴν κεφαλὴν ἴσθῆναι τε τῇ χροίᾳ, καὶ  
τὸν δακτύλιον αὐτῷ δοῦναι, σύμβολον φιλίας πρὸς  
τοὺς ἐν Λακεδαιμόνι συγγενεῖς καὶ οἰκείους· εἶναι δὲ  
<sup>v)</sup> γλυφὴν ἐν τῇ σφραγίδι, <sup>w)</sup> Καρυάτιδας ὄρχουμέ-  
νας. Τὰ δὲ πεμπόμενα σιτία τῷ Κλεάρχῳ τοὺς συν-  
δεδεμένους στρατιώτας ἀφαιρεῖσθαι καὶ καταναλίσκεν,  
ὀλίγα τῷ Κλεάρχῳ δίδοντας ἀπ' αὐτῶν. <sup>x)</sup> Ἰάσα-  
σθαι δὲ καὶ τοῦτο φησὶν ὁ Κτησίας, πλείονα τῷ  
Κλεάρχῳ πέμπεσθαι διαπραξάμενος, ἰδίᾳ δ' ἕτερα τοῖς

gem misit: rogatum refert se a Clearcho Ctesias, ut pectinis copiam sibi faceret. Quo accepto, curasse eum caput, oblectatumque pectinis usu, et annulum suum amicitiae mutuae ad necessarios et familiares Lacedaemone suos insigne sibi dedisse. Insculptas in pala fuisse Caryatidas saltantes. Cibaria, quae Clearcho mittebantur, a concaptivis militibus interversa et consumpta, pauca vero ex illis relicta Clearcho. Cui rei etiam refert se remedium Ctesias adhibuisse, effecisseque ut copiosiora mitterentur Clearcho, ac militibus separatim praeberentur

<sup>u)</sup> Haec ridicule a Lapo ad deprecationem famis sunt detorta, quum et perspicua sint verba, et eo commemoret Plutarchus, ut Ctesiae futilitatem demonstrat. *Xylander.*

<sup>v)</sup> γλυφίδας Vulc.

<sup>w)</sup> Καρυατίζειν genus est saltandi a Castore et Poluce Lacedaemoniis traditum Caryis, Laconicae oppido. *Xylander.* Quae sint Caryatides saltantes docet Loensis, *Epiphil.* IV, 13. (Seber. ad Polluc. 4, 104.) *Intpp. Lucian. de Salt.* c. 10. *Pausan.* [3, 11.] p. 91. ed. *Sylb. Dusoul. Funk. Realschullex.* sub v. *Caryatides.*

<sup>x)</sup> Ita Vulc. et Anon. Vulgo ἰᾶσθαι.

στρατιώταις δίδοσθαι· καὶ ταῦτα μὲν ὑπουργῆσαι καὶ  
 παρασχεῖν χάριτι καὶ γνώμῃ τῆς Παρυσάτιδος. Περ-  
 πομένου δὲ καθ' ἡμέραν τῷ Κλέαρχῳ κωλῆνος ἐπὶ  
 τοῖς σιτίοις, παρακαλεῖν αὐτὸν καὶ διδάσκειν, ὡς χορῆ  
 μικρὸν εἰς τὸ κρέας ἐμβαλόντα μαχαίριον ἀποκρούσαν-  
 τα πέμψαι, καὶ μὴ περιῦδειν γ) ἐν τῇ βασιλέως ὀμότητι  
 τὸ τέλος αὐτοῦ γεγόμενον· αὐτὸν δὲ φοβούμενον μὴ  
 ἐθελῆσαι. Βασιλέα δὲ τῇ μὲν μητρὶ παραιτουμένην,  
 μὴ κτείνειν τὸν Κλέαρχον, ὁμολογῆσαι καὶ ὁμοσαι·  
 πεισθέντα δ' αὐτῆς ὑπὸ τῆς Στατίρας, ἀποκτείνειν  
 πάντας πλὴν Μένωνος. Ἐκ δὲ τούτου τὴν Παρυσά-  
 τιν ἐπιβουλεῦσαι τῇ Στατίρᾳ, καὶ συσκευάσασθαι τὴν  
 φαρμακείαν κατ' αὐτῆς· οὐκ εἰκότα λέγων, ἀλλὰ πολ-  
 λὴν ἀλογίαν ἔχοντα τῆς αἰτίας· εἰ δεινὸν ἔργον οὐ-  
 τως ἔδρασε καὶ παρεκινδύνευσε ἡ Παρυσάτις, διὰ  
 Κλέαρχον ἀνελεῖν τολμήσασα τὴν γνησίαν βασιλέως

alia; atque haec subministrasse et suppeditasse  
 ex beneficio et sententia Parysatidis. Quum  
 mitteretur quotidie Clearcho inter cibaria per-  
 na, orasse ipsum Clearchum ac subiecisse, mo-  
 dicum pugionem ut in carnem conditum clam  
 sibi mitteret, neque sineret, ut regis fata sua  
 paterent atrocitati: caeterum abnuisse metu se.  
 Regem deprecanti matri pro Clearchi incolumi-  
 tate iureiurando annuisse: verum impulsu inde  
 Statirae cunctos fuisse ab eo praeter Menonem  
 trucidatos. Hinc Statirae tetendisse Parysatidem  
 insidias, virusque ei concinnasse. Verum parum  
 probabilia affert, et coniuncta cum absurda  
 caussa, facinus admisisse adeo nefarium, atque  
 in periculum sese praecipitavisse Parysatidem,  
 Clearchi gratia, sustentem iustam regis con-  
 iugem liberorumque consortem ad regnum edu-

γ) Mallem ἐπι. *Dusoul.*

γυναῖκα, καὶ τέκνων κοινωνὸν ἐπὶ <sup>z)</sup> βασιλείᾳ τρεφο-  
μένων. Ἄλλὰ ταῦτα μὲν οὐκ ἄδηλον ὡς ἐπιτραγω-  
δεῖται τῇ Κλεάρχου μνήμῃ. Καὶ γὰρ ἀναρεθόντων  
φροσὶ τῶν στρατηγῶν τοὺς μὲν ἄλλους ὑπὸ κυνῶν  
σπαράττεσθαι καὶ ὀρνέων· τῷ δὲ Κλεάρχου νεκρῷ  
θύελλαν ἀνέμου, γῆς θύνα πολλὴν φέρουσαν, ἐπιχῶσαι  
καὶ ἐπικρύψαι τὸ σῶμα· φοινίκων δὲ τινων διασπα-  
ρέντων, ὀλίγῳ χρόνῳ θαυμαστὸν ἄλσος ἀναφῦναι καὶ  
κατασκιᾶσαι τὸν τόπον· ὥστε καὶ βασιλεῖ σφόδρα με-  
ταμέλειν, ὡς ἄνδρα θεοῖς φίλον ἀνηρηκότι τὸν Κλέ-  
αρχον. Ἡ δ' οὖν Παρυσάτις, μίσους τε πρὸς τὴν  
Στάτειραν ἐξ ἀρχῆς ὑποκειμένου καὶ ζηλοτυπίας, ὀρῶ-  
σα τὴν μὲν αὐτῆς δύνάμιν αἰδουμένου βασιλέως καὶ  
τιμῶντος οὔσαν, τὴν δ' ἐκείνης ἔρωτι καὶ πίστι βέ-  
βαιον καὶ ἰσχυρὰν, ἐπεβούλευσεν ὑπὲρ τῶν μεγίστων,  
ὡς ᾤετο, παραβαλλομένη. Θεράπαιναν εἶχε πιστὴν

catorum necare. Caeterum non obscure exag-  
gerat haec ad Clearchi commendandam memo-  
riam. Etenim attexit hoc quoque, duces ob-  
truncatos caeteros fuisse a canibus et alitibus  
laniatos; Clearchi cadaveri venti procellam cu-  
mulum terrae excitasse adeo, ut corpus obrue-  
ret et contegeret: quo loco enato palmeto,  
brevis eximium nemus excrevisse, ac locum eum  
inumbrasse: itaque magna ductum poenitentia  
regem, quod virum diis carum peremisset, Cle-  
archum. — Parysatis ergo, quum odium iam  
inveteratum atque aemulationem concepisset in  
Statiram, cernens, potentiam suam a rege se  
reverente et honorante proficisci, illius vero  
amore et fide stabilem firmamque, struxit ei  
insidias, de summa, ut arbitrabatur, aleam ia-  
ciens. Ancillam habebat fidam, quae plurimum

z) βασιλείας SGerm.

καὶ δυναμένην παρ' αὐτῆς μέγιστον, ὄνομα <sup>a)</sup> Γίγιν· ἦν ὁ μὲν Δείων <sup>b)</sup> ὑπουργῆσαι τῇ φαρμακείᾳ φησὶ, συγγνώμῃ δὲ μόνον ἄκουσαν ὁ Κτησίας. Τὸν δὲ δόντα τὸ φάρμακον οὗτος μὲν ὀνομάζει <sup>c)</sup> Βελιτάραν, ὁ δὲ Δείων Μελάνταν. Ἐκ δὲ τῆς πρόσθεν ὑποψίας καὶ διαφορᾶς ἀρξάμενοι πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ φοιτᾶν καὶ συνδειπνεῖν ἀλλήλαις, ὅμως <sup>d)</sup> τῷ δεδιέναι καὶ φυλάττεσθαι, τοῖς αὐτοῖς σιτίοις καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἐχρῶντο. Γίνεται δὲ μικρὸν ἐν Πέρσαις ὄρνιθιον, ᾧ περιτώματος οὐδέν ἐστιν, ἀλλ' ὅλον διάπλεων πιμελῆς τὰ ἐντός· <sup>e)</sup> ἢ καὶ νομίζουσιν ἀνέμῳ καὶ δρόσῳ τρέφεσθαι τὸ ζῶον· ὀνομάζεται δὲ ῥυντάκης. Τοῦ-

apud ipsam poterat, Gigim dictam: quam administram veneni Dinon tradidit fuisse, consciam modo invitam Ctesias. Illum, qui venenum dedit, hic Belitaram appellat, ille Melantam. Instituentes autem ex superioribus suspicionibus ac simultate congregari denuo et una coenare, cum metu tamen et cautione iisdem epulis atque iisdem utebantur paratis. Nascitur apud Persas exigua avis, quae omni caret excremento, habetque intestina omnia adipe differta: unde vento arbitrantur et rore hoc animal vivere; ryntaces dicitur. Hanc autumat

a) V. Supra Excerpt. c. 60.

b) Ita Vulc. Anon. et SGerm. Vulgo ὑπουργεῖσθαι.

c) Sic Graece nomen *Beltassar* a Ctesia expressum fuisse arbitratur Huetius, (Dem. Euang. p. 224. ed. Paris. 466. ed. Lips.) pro quo Dinon *Melantas* scripserit, deceptus similitudine priscæ figuræ τοῦ β, quæ ad figuram τοῦ μ accedebat. *Dacer.*

d) τὸ SGerm.

e) ἢ abest a SGerm.

το φησὶν ὁ Κτησίας μικρᾶ μαχαιρίδι κεχρισμένη τῷ φαρμάκῳ κατὰ θάτερα τὴν Παρυσάτιν διαροῦσαν, ἐκμάξαι τῷ ἑτέρῳ μέρει τὸ φάρμακον· καὶ τὸ μὲν ἄχραντον καὶ καθαρὸν εἰς τὸ στόμα βαλοῦσαν αὐτὴν ἐσθίειν, δοῦναι δὲ τῇ Στατείρᾳ τὸ πεφρασμαγμένον· ὁ δὲ Δείνων, οὐ τὴν Παρυσάτιν, ἀλλὰ τὸν Μελάνταν τέμνοντα τῷ μαχαιρίῳ τὰ φαρμασσόμενα τῶν κρεῶν τιθέναι κατὰ τὴν Στατείραν. Ἀποθνήσκουσα Ἰγούνη ἢ γυνὴ μετὰ πόνων μεγάλων καὶ σπαραγμῶν, αὐτὴ τε συνησθιάνετο τοῦ κακοῦ, καὶ βασιλεῖ παρίσχεν ὑποψίαν κατὰ τῆς μητρὸς, εἰδότε τὸ θηριῶδες αὐτῆς καὶ δυσμείλικτον. Ὅθεν εὐθύς ἐπὶ τὴν ζήτησιν ὀρμήσας, τοὺς μὲν ὑπηρέτας καὶ τραπεζοκόμους τῆς μητρὸς συνέλαβε καὶ κατεστρέβλωσε· τὴν δὲ Γίγνη ἢ Παρυσάτις πολὺν χρόνον εἶχεν οἴκοι μεθ' αὐτῆς, καὶ, βασιλέως ἐξαιτουῦντος, οὐκ ἔδωκεν· ἀλλ' ὕστερον αὐτῆς δεηθείσης εἰς τὸν οἶκον ἀφειθῆναι νυκτὸς, αἰσθόμενος

Ctesias cultello, quem altero latere illeverat toxico dissecuisse Parysatidem, atque infecisse alteram partem veneno, partem sinceram et puram ori ingestam ipsi mandisse, Statirae vero dedisse virulentam. Dinon vero non Parysatidem, sed Melantam, medicatas carnes secuisse cultro et Statirae apposuisse. Quum animam igitur magnis cum cruciatibus et doloribus ageret mulier, et ipsa olfecit maleficium et suspicionem regi adversus matrem attulit, feritatem illius et animum implacabilem cognoscenti. Unde quaestioni extemplo intentus, ministros matris et mensae structores corripuit ac tormentis laceravit. At Gigim diu Parysatis in cubiculo suo tenuit, deposcentique denegavit regi: verum post orante illa, ut domum nocte

f) οὐν SGerm.

καὶ λόγον ὑφείς συνήρασε, καὶ κατέγνω ε) θάνατον.

LVI. Περὶ τοῦ αὐτοῦ, ὡς ἡ Στάτειρα ἐξ ἐπιβουλῆς τῆς Παρυσάτιδος ἀπώλετο ὁ αὐτὸς Πλούταρχος πρὸ τούτων ἐν τῷ αὐτῷ βίῳ.

Ἐπεὶ δὲ Δείνων μὲν ἐν τῷ πολέμῳ συντελεσθῆναι τὴν ἐπιβουλήν εἴρηκε, Κτησίας δ' ὕστερον, ὃν οὐτ' ἀγνοεῖν τὸν χρόνον εἰκὸς ἐστὶ παρόντα ταῖς πράξεσιν, οὔτε ἐκὼν αἰτίαν εἶχεν ἐκ τοῦ χρόνου μεταστῆσαι τὸ ἔργον, ὡς ἡ) ἐπράχθη δηγούμενος, οἷα πάσχει πολλάκις ὁ λόγος αὐτοῦ, πρὸς τὸ ι) μυθῶδες καὶ δρα-

dimitteretur, certior factus, locatis insidiis, comprehendit Gigim, eamque rei capitalis damnavit.

LVI. De eadem re, quod Statira insidiis Parysatis perierit, Plutarchus idem in eadem vita. [c. 6.]

Quia vero per bellum Dinon hoc scelus prodidit patratum, Ctesias post: (quem neque praeterire tempus, quum rebus agendis interfuerit, consentaneum est, neque causam habebat, cur illud facinus ultro, in narrando ut fuerat gesta, ex suo loco traiceret: quod crebro ei in scribendo accidit, ut a veritate excur-

g) Addit Plutarchus supplicium Ginges, quali nimirum venefici apud Persas afficiebantur. De suppliciis apud Persas v. Brisson. de Regn. Pers. 2, 212. p. 570 sqq.

h) γρ. προετάχθη. Vulc.

i) SGerm. θυμῶδες. Sensus loci requirit μυθῶδες.

ματικὸν <sup>k)</sup> ἐκτρεπόμενος τῆς ἀληθείας· τοῦτο <sup>l)</sup> μὲν ἦν ἐκεῖνος ἀπέδωκε, χώραν ἔξει.

LVII. Παρὰ Δημητρίῳ τῷ Φαληρεῖ, ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας, κεφ. περὶ ἑναργείας.

Ctesias scriptum reliquit, lignum apud Indos nasci, quod appellatur Parybum. id omnia oblata ad se trahere, aurum, argentum, cuprum, aes, et omnia alia metalla: quinetiam passerculos in propinquo locatos. Quod si maius incrementum fecerit, trahere etiam ad se capras, oves et aequalia animalia.

bus his nihil aliunde constat. Suspiciatur tamen *Gesnerus* in *Histor.* Avium easdem intelligere *Hesychium* in voce *δρικηαί*. *Schneid.*

s) πάρυβον est in *Excerpt. Indic.* c. 18.

XXXIII. Παρὰ τῷ Τζέτζη χιλ. ζ'. στίχ. ψιδ.

Καὶ ὁ Κτησίας ἐν Ἰνδοῖς εἶναι τοιαῦτα λέγει.  
Ἠλεκτροφόρα <sup>τ)</sup> δένδρα τε, καὶ τοὺς Κυνοκεφάλους <sup>υ)</sup>.  
Δικαίους πάνυ δέ φησι, ζῆν δ' ἐκ τῶν ἀγρευμάτων.

XXXIV. Παρὰ τῷ Αἰλιανῷ περὶ ζώ. ιδ. βιβλ. δ.  
κεφ. μς'.

Γίνονται δὲ ἐνταῦθα τῆς Ἰνδικῆς, ἐνθά οἱ κίν-  
θαροι, καὶ οἱ καλούμενοι Κυνοκέφαλοι, <sup>υ)</sup> οἷς ἔδωκε  
τὸ ὄνομα ἢ τοῦ σώματος ὄψις τε καὶ φύσις· τὰ δὲ  
ἄλλα ἀνθρώπων ἔχουσι, καὶ ἡμφιεσμένοι βαδίζουσι  
δορὰς θηρίων. Καὶ εἰσὶ δίκαιοι, καὶ ἀνθρώπων λυ-  
ποῦσι οὐδένα, καὶ φθέγγονται μὲν οὐδὲν, <sup>ω)</sup> ὠρῶνται

XXXIII. Apud Tzetzem Chil. VII. v. 714.

Et Ctesias in Indis esse talia dicit,  
Electriferas arbores, atque Cynocephalos,  
Iustos valde autem dicit, vivere vero ex vena-  
tionibus.

XXXIV. Apud Aelian. l. l. lib. IV. c. 46.

In eodem Indiae tractu, ubi canthari iam  
dicti, Cynocephali etiam nascuntur, quibus a fa-  
cie et corporis specie nomen inditum; [nam  
caput caninum] cetera fere humana habent, et  
vestiti pellibus ferarum ingrediuntur. Iusti  
sunt, hominum nemini molesti aut iniurii; non  
sermone, sed ululatu sonant, Indorum tamen

t) V. Excerpt. c. 19.

u) Excerpt. c. 20.

v) Excerpt. c. 20.

w) Eadem ex *Ctesia Photius* l. c. et breviter *Plinius*  
VII. 2. p. 372. ed. Hard. *Schneid.*

δὲ, τῆς γε μὴν Ἰνδῶν φωνῆς ἐπαίτουσι. Τροφή δὲ αὐτοῖς τῶν ζώων τὰ ἄγρια, αἰροῦσι δὲ αὐτὰ ῥᾶστα, καὶ γὰρ εἰσιν ὤκιστοι, καὶ ἀποκτείνουσι καταλαβόντες, καὶ ὀπτῶσιν οὐ πυρὶ, ἀλλὰ πρὸς τὴν εἴλην τὴν τοῦ ἡλίου, εἰς μοίρας διαξήναντες. Τρέφουσι δὲ καὶ αἶγας, καὶ οἷς\* καὶ σίτον μὲν ποιοῦνται τὰ ἄγρια, πίνουσι δὲ τὸ ἐκ τῶν θρεμμάτων γάλα ὧν τρέφουσι. Μνήμην δὲ αὐτῶν ἐν τοῖς ἀλόγοις ἐποιησάμην, καὶ εἰκότως\* ἔναρθρον γὰρ, καὶ εὐσημον, καὶ ἀνθρωπίνην φωνὴν οὐκ ἔχουσι.

XXXV. Τοῦ αὐτοῦ κεφαλαίου τὸ πρῶτον μέρος.

Ἐν Ἰνδοῖς γίνεται θηρία, τὸ μέγεθος ὅσον ἂν γένοιτο οἱ κύνθαροι\* καὶ ἔστιν ἐρυθρὰ, κινναβάρει δὲ εἰκάσαις ἂν, εἰ πρῶτον θεάσαιο αὐτὰ\* πόδας ἔχει ταῦτα μηκίστους, καὶ προσάψασθαι μαλακὰ ἔστι. Φύεται δὲ ἄρα ἐπὶ τῶν δένδρων τῶν φερόντων \*) τὸ

linguam intelligunt. Venatione animalium ferorum vivunt, quae, ut sunt celerrimi, facile consecuti interimunt, et frustatim divisa non ad ignem, sed ad solem assant. Capras etiam, et oves alunt; ut ex lacte potu fruuntur, sicuti ex feris cibo. Horum inter animantes rationis expertes non temere mentionem feci; articulo enim, discretoque, et humano sermone non utuntur.

XXXV. Eiusdem capituli prima pars.

Nascuntur in India animalia magnitudine qua canthari, colore rubro, cinnabari proximo, pedibus longissimis, tactu mollia. Ea in arboribus, quae succino manant, gignuntur, et ea-

x) Arborea electrophoras Ctesias ibid. p. 148. ad flumen Hyparchum, esse in montibus aquam cingenti-

ἤλεκτρον, καὶ σιτεῖται τὸν τῶν φρυγῶν καρπὸν τῶνδε. Θηρῶσι δὲ αὐτὰ οἱ Ἴνδοι, καὶ ἀποθλίβουσι, καὶ ἐξ αὐτῶν βάπτουσι τὰς τε φοινικίδας, καὶ τοὺς ὑπ' αὐταῖς χιτῶνας, καὶ πᾶν ὅ, τι ἂν ἐθέλωσι ἄλλο ἐς τήνδε τὴν χροῶν γ) ἐκτρέψαι τε καὶ χρῶσαι. Κομίζεται δὲ ἄρα ἢ τοιάδε ἐσθῆς καὶ τῷ Περσῶν βασιλεῖ. Καὶ τό γε εὐείδες τῆς ἐσθῆτος δοκεῖ τοῖς Πέρσαις θαυμαστόν, καὶ ἀντικρινομένη γε τοῖς Περσῶν ἐπιχωρίοις κρατεῖ κατὰ πολὺν καὶ ἐκπλήττει, ὡς φησι z) Κτησίας· ἐπεὶ καὶ τῶν ἀδομένων τῶν Σαρδιανικῶν ὀξυτέρα τέ ἐστι καὶ τηλανγεστέρα.

rundem fructibus aluntur. Indi his captis expressisque puniceas vestes exteriores interioresque tingunt, et quicquid aliud eodem colore inficere libuerit. Huiusmodi vestis etiam Persarum regi mittitur. Mirantur enim eam Persae, et suis vernaculis pulchritudine pretioque anteponunt, auctore Ctesia: nam vel celeberrimis illis Sardianis floridior ac splendidior est.

---

bus arbores Indico nomine sipachora appellatas, quarum lacrymae seu gummi, in aquas delapsae concrecant in electrum. *Plinius XXXVII. 2. Schneid.*

γ) Ita ex Cod. alt. Gesneri et Mediceo scripsit Gronov. pro vulgato ἐκτρέψαι. Sed *Oudendorp.* ad *Thomam* p. 317. ἐντρέψαι emendat, cuius equidem rationem non capio. In seqq. Cod. Aug. Σαρδιανικῶν habet. *Schneid.*

z) Eius locum habet etiam *Photius* p. 152. [Excerpt. c. 21.] Quale insectum sit intelligendum, non adeo facile est divinare. Nimis enim temere *Delaval* in Praefatione libri sui: *An experimental Inquiry into the cause of the changes of colours Londini 1777.* pronunciat cocctum Americanum tinctorium, vulgo Cochenille dictum, intelligi. Propius cogitare liceret de gummi lacca, si pluribus et certis experimentis post doctissimum Gallum, *Geoffroi*, natura et origo eius animalis demonstrata esset. *Schneid.*



XXXVI. Παρά τῷ αὐτῷ ἐν τῷ αὐτῷ βιβ. κεφ. νβ'.

ὄνους ἀγρίους οὐκ ἐλάττονας ἵππων <sup>a)</sup> τὰ μεγέθη ἐν Ἰνδοῖς γίνεσθαι πέπυσμαι· καὶ λευκοὺς μὲν τὸ ἄλλο εἶναι σῶμα, τὴν γε μὴν κεφαλὴν ἔχειν πορφύρα παραπλησίαν, τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς ἀποστέλλειν κυανοῦ χροῶν· κέρασ δὲ ἔχειν ἐπὶ τοῦ <sup>b)</sup> μετώπου, ὅσον πήχεως τὸ μέγεθος καὶ ἡμίσεως προσέτι, καὶ τὸ μὲν κάτω μέρος τοῦ κέρατος εἶναι λευκὸν, τὸ δὲ ἀνωτέρω φουικουῖν, τὸ γε μὴν μέσον <sup>c)</sup> μέλαν δεινῶς. Ἐκ δὲ τῶνδε τῶν ποικίλων κεράτων πίνειν Ἰνδοὺς, ἀκούω, καὶ ταῦτα οὐ πάντας, ἀλλὰ τοὺς τῶν Ἰνδῶν κρατιστοὺς, ἐκ διαστημάτων αὐτοῖς χρυσὸν περιχέοντας, οἰονεὶ ψελλίοις τισὶ κοσμήσαντας βραχίονα ὠραῖον ἀγάλματος. Καὶ φασὶ <sup>d)</sup> νόσων ἀφύκτων ἀμαθῆ καὶ

XXXVI. Apud eundem eod. libr. c. 52.

Sylvestres asinos equis magnitudine non inferiores apud Indos nasci accepi; eosque reliquo corpore albos, capite vero purpureo, oculisque cyaneis esse; cornuque in fronte gerere sesquicubiti longitudine, cuius inferius album, superius autem puniceum, medium vero plane nigrum sit. Ex hisce variegatis cornibus Indos bibere audio, nec tamen omnes, sed potentiores, cum per interstitia auro ea circumfuderint, et veluti armillis quibusdam pulcrum simulacri brachium exornaverit. Ex hoc cornu bibentem

a) Ita Mediceus cum *Apostolio* XIV. 57. pro τὸ μέγεθος. *Schn.*

b) *Idem* τῷ μετώπῳ praeferunt. Porro *Apostolius* ἀνω habet, quod probo. *Schn.*

c) Aliter *Phot.* ex *Ctesia*, c. 25.

d) [*Ael.* III, 41.: Ἴππους μονόκερος γῆ Ἰνδικῆ τίπτει, φασὶ, καὶ ὄνους μονόκερος ἢ αὐτῆ τρέφει. Καὶ γίνεται καὶ γε ἐκ τῶν κεράτων τῶνδε ἐκπώματα, καὶ

ἄπειρον γενέσθαι τὸν ἀπογευσάμενον ἐκ τοῦδε τοῦ κέρατος· μήτε γὰρ σπασμῶ <sup>e)</sup> ληφθῆναι ἂν αὐτὸν, μήτε τῇ καλουμένῃ ἱερᾷ νόσῳ, μήτε μὴν διαφθαρεῖναι φαρμάκοις· εἰ δέ τι καὶ πρότερον ἢ πεπωκὸς κακὸν, ἀνεμείν τοῦτο, καὶ ὑγιᾶ γενέσθαι αὐτόν. Πεπίστευται δὲ τοὺς ἄλλους τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν ὄνους καὶ ἡμέρους καὶ ἀγρίους, καὶ τὰ ἄλλα τὰ μὴ ἰσχυρὰ θηρία ἀστραγάλους οὐκ ἔχειν, οὐδὲ μὴν ἐπὶ τῷ ἥπατι χολήν· ὄνους δὲ τοὺς Ἰνδοὺς λέγει Κτησίας τοὺς ἔχοντας τὸ κέρασ ἀστραγάλους φορεῖν, καὶ ἀχό-

ab insanabilibus morbis tutum fieri, neque eum ipsum convulsionibus corripri, neque sacro morbo tentari, neque venenis ullis necari ferunt; quin etiam si quid prius pestilens biberit, tumid evomere, tumque ad sanitatem redire. Cum autem ceteri asini, quibuscunque in terris sint, tam domestici, quam sylvestres, tum cetera solipeda animalia, talos non habeant, neque fel in iecore, ut fertur: asinos Indicos cornigeros Ctesias inquit talis primum, iisque nigris, praeditos esse, eosdemque si quis confregerit, interiora quoque nigra deprehensurum esse; neque felle eos carere; neque modo corporis ve-

εἴ τις εἰς αὐτὰ ἐμβάλῃ φάρμακον θανατηφόρον, ὁ πικρὸν οὐδὲν ἢ ἐπιβουλή λιπήσει αὐτόν· ἔοικε γὰρ τὸ κέρασ ἀμυγνῆριον τοῦ κακοῦ καὶ τὸ τοῦ ἵππου, καὶ τὸ τοῦ ὄνου εἶναι. — Phile de Animal. 36.] et Philostratus in Vita Apol. III. 2. Sed princeps fabulae auctor est Ctesias ap. Photium. p. 153. ex quo etiam Aristoteles refert H. A. II. 1. καὶ ἀστράγαλον δὲ ὁ Ἰνδικὸς ὄνος ἔχει τῶν μωνύχων μόνος. Videtur Ctesias intellexisse rhinocerotā, de quo forte inaudiverat Indorum tantum relationes. Superstitio antiqua cornibus animalis diu adhaesit. Mecum etiam sentit Borchart Hieroz. I. p. 933. Schn.

e) Sic recte Mediceus pro ληφθῆναι. Schn.

λους μὴ εἶναι· λέγονται δὲ f) μέλανες εἶναι οἱ ἀστράγαλοι, καὶ εἴ τις αὐτοὺς συντρίψαι, εἶναι τοιοῦτοι καὶ τὰ ἔνδον. Εἰσὶ δὲ καὶ ὄκιστοι οἶδε οὐ μόνον τῶν ὄνων, ἀλλὰ καὶ ἵππων, καὶ g) ἐλάφων· καὶ ὑπάρχονται μὲν ἡσυχῇ τοῦ δρόμου, κατὰ μικρὰ δὲ ἐπιρρόωννυται καὶ διώκειν ἐκεῖνον, τοῦτο δὲ τὸ ποιητικόν, μεταθεῖν τὰ h) ἀκίχητά ἐστιν. "Ὅταν γε μὴν ὁ Θῆλυς i) τέκη, καὶ περιώγηται τὰ ἀρτιγενῆ, σύννομοι αὐτοῖς οἱ πατέρες αὐτῶν γίνονται, φυλάττοντες τὰ βρέφη· διατριβαὶ δὲ τοῖς ὄνοις τῶν Ἰνδικῶν πεδίων τὰ ἐρημότατα. Ἐπιόντων δὲ τῶν Ἰνδῶν ἐπὶ τὴν ἄγρην αὐτῶν, τὰ μὲν ἀπαλὰ καὶ ἔτι νεαρὰ ἑαυτῶν νέμεσθαι κατόπιν ἑώσιν· αὐτοὶ δὲ ὑπερμαχοῦσι, καὶ ἐπίασι

locitate longe multumque ceteros asinos superare, sed et velocitate eadem multo equis et elephantis praestare. Cum autem in viam se dederunt, tardius primo ingrediuntur; deinde paulatim tantum confirmantur ad contendendum iter, eos quidem, iuxta poetae dictum, ut adsequi nemo possit. Postea autem quam feminae pepererunt, patres circum pullos a partu recentes summa custodia versantur; eorumque commorationes locis Indiae desertissimis sunt. Cum a venatoribus Indis invaduntur, pullos suos adhuc teneros et aetate infirmos a tergo suo pascentes habent, ipsi vero pro eis

f) Ctesias [Excerpt. c. 25.] contra: τὴν δὲ χροῶν ὡσπερ κιννάβαρι καὶ διὰ βάθους. Schn.

g) Ita recte Gronovius cum Wardo emendandum censebat pro inepta lectione ἐλεφάντων. Schn.

h) Respicit Homericum Iliad. P. 75. ἀκίχητα διώκων ἵππους Διαιτίδαο. Schn.

i) Sic recte Mediceus pro τέκοι; ut etiam in fine capitis ὄνων pro vulgato ὄνω. Schn.

τοῖς ἵππευσιν ὁμόσει, καὶ τοῖς κέρασι παίουσι. Τοσαύτη δὲ ἄρα ἢ ἰσχὺς ἢ τῶνδὲ ἐστίν, <sup>k)</sup> οὐδὲν ἀντέχει αὐτοῖς παιόμενον, ἀλλ' εἴκει, καὶ διακόπτεται, καὶ ἐὰν τύχη κατέθλιυσται, καὶ ἀχρεῖόν ἐστίν. Ἦδη δὲ καὶ ἵππων πλευραῖς ἐμπεσόντες διέσχισαν, καὶ τὰ σπλάγγνα ἐξέχεαν· ἐνθεν τοὶ καὶ ὀρῶδοῦσιν αὐτοῖς πλησιάζειν οἱ ἵππεῖς· τὸ γὰρ τοὶ τμήμα τοῦ γενέσθαι πλησίον θάνατός ἐστιν οἰκτιστός αὐτοῖς, καὶ ἀπόλλυνται καὶ αὐτοὶ καὶ ἵπποι. Δεινοὶ δὲ εἰσι καὶ λακτίσαι. Δῆγματα δὲ ἄρα ἐς τοσοῦτον καθικνεῖται αὐτῶν, ὡς ἀποσπᾶν τὸ περιληφθὲν πᾶν. Ζῶντα μὲν οὖν τέλειον οὐκ ἂν λάβοις, βάλλονται δὲ ἀκοντίοις καὶ οὔστοις· καὶ τὰ κέρατα οὕτως τὰ ἐξ αὐτῶν Ἰνδοὶ

propugnant, et contra equites audent venire, eosque cornibus ferire. Tanto sane hi robore existunt, nihil eis ut obsistere queat, quin statim vel concedat, vel, si non cesserit, frangatur, aut aliter atteratur, et evadat inutile, et perdatur. Equorum etiam incursu latera discerpunt ac lacerant, ut viscera effundantur; ex quo fit, ut ad eos equites appropinquare valde metuant: appropinquatio enim capitalem ipsis pariter et equis mulctam miserabiliter infert. Pergraviter calcibus pugnant. Eorum morsus eatenus acerbiores existunt, ut quicquid comprehenderit, funditus diripiant. Ex his qui sunt confirmata aetate, vivos non ceperis, at iaculis et sagittis perimuntur; atque hoc pacto

k) Haec non bene cum praecedentibus cohaerent, et nimis abrupta sunt. Videtur ὅστε excidisse, ut in loco plane gemino, V. 3. ex eodem *Ctesia*: τοσοῦτον δὲ ἄρα τῶν ὀδόντων αὐτοῖς κράτος ἐστίν, ὅστε πᾶν ὅ, τι ἂν ὑπ' αὐτοῖς λάβοις, συντρίβουσι ῥᾶστα. ubi omisso ὅστε vulgo τοσοῦτον δὲ ἄρα legebatur. *Schn.*

νεκρῶν σκυλεύσαντες, ὡς εἶπον, περιέπουσιν. Ὅνων δὲ Ἰνδῶν ἄβρωτόν ἐστι κρέας· τὸ δὲ αἷτιον, πέφυκεν εἶναι πικρότατον.

XXXVII. Παρὰ τῷ αὐτῷ ἐν τῷ βιβ. ε'. κεφ. γ'.

Ὁ ποταμὸς <sup>l)</sup> ὁ Ἰνδὸς ἄθηρός ἐστι· μόνος δὲ ἐν αὐτῷ τίχεται σκώληξ, φασὶ, καὶ τὸ μὲν εἶδος αὐτῷ, ὁποῖον δῆπου καὶ τοῖς ἐκ τῶν ξύλων γεννωμένοις τε καὶ τρεφομένοις· ἐπὶ δὲ πηγῶν τὸ μῆκος προήκουσιν οἱ ἐκεῖθι, <sup>m)</sup> εὐρεθεῖεν δ' ἂν καὶ μείζους ἔτι καὶ ἐλάττους· τὸ πάχος δὲ αὐτῶν δεκαετῆς παῖς γεγονώς μόλις ταῖς χερσὶ περιβάλλειν ἀρκέσειε. Τούτοις δὲ ἄνω μὲν εἰς ὁδοὺς προσπέφυκε, κάτω δὲ ἄλλος, τε-

depraedati eorum cornua Indi, ut dixi, exornant. Carnes eorum, quod amarissimae sint, haudquaquam esculentae.

XXXVII. Apud eundem lib. V. c. 3.

Indus fluvius bestiarum ferarum expers est: solum in eo nasci vermem aiunt, speciemque eorum, qui ex ligno gignuntur et aluntur, genere: ad septem cubitorum longitudinem et eo amplius procedere; eius crassitudinem decem annos natus puer utroque brachio vix complecti queat. Ei in superiori oris sede unus dens inest, in inferiori alter, ambo quadranguli, cu-

<sup>l)</sup> Ex *Ctesia* [Indic. c. 1. 27.] apud *Photium* p. 154. Cf. *Philes* 116. *Philostratus* in *Vita Apollonii III.* 1. in *Hyphaside* nasci tradit *Θηρίον ὁμοιον σκώληκι λευκῷ*, de quo eadem fere narrat. Eandem fabulam ex *Ctesia* repetitam posuit *Plinius IX.* Sect. 17. quorum locorum varietatem persequitur *Gesner* in *Historia Aquatil.* p. 1228. *Schneid.*

<sup>m)</sup> Ita recte editio *Gesneri* cum *Genevensi.* *Gronovius* vitiose edidit *εὐρεθεῖν.* *Schneid.*

τραγῶνοι δὲ ἄμφω, <sup>n)</sup> πυγόνος τὸ μῆκος· τοσοῦτον δὴ ἄρα τῶν ὀδόντων αὐτοῖς τὸ κράτος ἐστίν, <sup>o)</sup> ὥστε πᾶν ὅ, τι ἂν ὑπ' αὐτοῖς λάβωσι, συντρίβουσι ῥᾶστα, εἴαν τε λίθος ἢ, εἴαν τε ἡμερον ζῶον ἢ ἄγριον. Καὶ μεθ' ἡμέραν μὲν κάτω καὶ ἐν βυθῷ τοῦ ποταμοῦ διατρίβουσι, τῷ πληῷ καὶ τῇ ἰλίῃ φιληδοῦντες, καὶ ἐντεῦθεν οὐκ εἰσὶν ἐκδηλοι· νύκτωρ δὲ προΐασιν ἐς τὴν γῆν, καὶ ὅτω ἂν περιτύχωσιν, ἢ ἵππῳ, ἢ βοῖ, ἢ ὄνῳ, συντρίβουσιν αὐτὸν, εἶτα σύρουσιν εἰς τὰ ἐσθίων ἢθη, καὶ ἐσθίουσιν ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ πάντα <sup>p)</sup> βράσκουσι τὰ μέλη, πλὴν τῆς τοῦ ζώου κοιλίας. Εἰ δὲ αὐτοὺς καὶ ἐν ἡμέρᾳ πιέζοι λιμὸς, εἴτε κάμηλος πῖνοι ἐπὶ τῆς ὄχθης, εἴτε βοῦς, ὑπανερπύσαντες, καὶ

biti fere longitudinem habent; tam validi, ut lapidem, vel quodcunque animal iis corripuerit, sive cicur sive ferum, facillime conterat. Interdiu ima in sede fluminis versatur, coenō gaudens et latitans; noctu vero ad terram procedit, et in quodcunque incidit, vel equum, vel bovem, vel asinum, conficit, atque in suas sedes trahit, et in flumen abstrusus membra omnia, excepto ventre, exedit. De die etiam si fame premitur, sive camelus sive bos in ripa

<sup>n)</sup> *Suidas* in hac voce cum *Mediceo* addunt δέ. *Schneid.*

<sup>o)</sup> Ita h. l. ex *Mediceo* constituit *Gronovius*. Vulgo legebatur τοσοῦτον δὲ ἄρα — ἐστίν· πᾶν ὅτι ὑπ' αὐτοῖς λάβουσι, συντρίβουσι. ubi *Gesnerus* κατεσθίουσι emendabat. δὴ pro δέ an necessarium sit, nescio. *Supra* IV. 52. in simili loco τοσαύτη δὲ ἄρα ἢ ἰσχύς legitur sine ulla scripturae varietate. Ex eodem *Code* verba εἴαν τε λίθος ἢ accesserunt. *Schneid.*

<sup>p)</sup> Ita scripsi pro vulgato βρακῶσι. Ita IV. 34. μέλη βράκων ἂν καταπίοι. *Schneid.* Ita etiam *Larcher*. p. 375. vertens: ils en mangent tous les membres.

λαβόμενοι ἄκρων τῶν χειλέων μάλα εὐλαβῶς, ὀρμη-  
 βιασιότατη καὶ ἔλξει ἐγκρατεῖ ἐς τὸ ὕδωρ ἄγουσι, καὶ  
 δεῖπνον ἴσουσι. Δορὰ δὲ ἕκαστον περιαιπέχει τὸ πά-  
 ρος καὶ δύο δακτύλων. Ἄγρᾳ δὲ ἢ κατ' αὐτῶν καὶ  
 θήρα τρόπον τόνδε τετέχνασται. Ἄγκιστρον παρὰ  
 καὶ ἰσχυρὸν ἀλύσει σιδηρᾷ προσηρητημένον καθιάσθαι,  
 προσδήσαντες αὐτῷ λευκολίνου πλατέος ὄπλον, ἐρίφω  
 κατελήσαντες καὶ τὸ ἄγκιστρον καὶ τὸ ὄπλον, ἵνα  
 μὴ διατράγῃ ὁ σκώληξ αὐτὰ, 9) ἀναπλήξαντες δὲ ἐς τὸ  
 ἄγκιστρον ἄρνα ἢ ἔριφον, εἶτα μέντοι εἰς τὸ τοῦ πο-  
 ταμοῦ ὕδωρ μεθιάσθαι. Ἐχόνται δὲ ἄνθρωποι τοῦ  
 ὄπλου καὶ τριάκοντα, καὶ ἕκαστος ἀκόντιόν τε ἐνηγκύ-  
 ληται, καὶ μάχαιραν παρήρηται· καὶ παράκειται ξύ-  
 λα εὐτρεπῆ, παίειν εἰ δέοι, κρανείας δὲ ἐστὶ ταῦτα,  
 ἰσχυρὰ ἄγαν· εἶτα περισχεθέντα τῷ ἄγκιστρῳ, καὶ τὸ  
 δέλεαρ καταπιόντα, τὸν σκώληκα ἔλκουσι· θηραθέντα

bibit, clam subrepens violentissimo impetu sum-  
 ma labra mordicus comprehendit, et robusto  
 tractu in aquam abreptum edit. Eius pellis  
 duorum digitorum crassitudine est. Eiusmodi  
 autem machinatione capitur: Hamum robustum  
 ad ferream catenam alligant, adiuncto etiam  
 fune ex albo latoque linō; lanis autem et ha-  
 mum et funem involvunt, ne a verme prae-  
 mordeatur; tum agnum aut hoedum ad illece-  
 bram hamo affigunt, deinde in fluvium demit-  
 tunt. Triginta viri, singuli cum iaculo amen-  
 tato, et ense accincti, ad funem adstant; ad-  
 sunt et e corno sudes bene robustae, si percu-  
 tere sit necesse; deinde cum illecebras devora-  
 vit, hamo captum trahunt, et abstractum inter-

9) Sic recte Mediceus pro ἀναπλήξαντες, et cum  
 Aug. deinceps ἐνηγκύληται pro ἐνηγκύλωται. Pro κρη-  
 μῶσι Cod. Aug. κρημῶσι, Schneid.

δὲ ἀποκτείνουσι, καὶ πρὸς τὴν εἴλην κρεμῶσι τριάκοντα ἡμερῶν, λείβεται δὲ ἐξ αὐτοῦ ἔλαιον παχὺ εἰς ἀγγεῖα κεράμου. Αἰρήσει δὲ ἕκαστον ζῶον εἰς <sup>r)</sup> κοτύλας δέκα· τοῦτο δὴ τὸ ἔλαιον βασιλεῖ τῶν Ἰνδῶν κομίζουσι, σημεῖα ἐπιβάλλοντες· ἔχειν γὰρ αὐτοῦ ἄλλον οὐδ' ὅσον ῥανίδα ἐφρεῖται. Ἀχρεῖον δὲ ἐστὶ τὸ λοιπὸν τοῦ ζῴου σκῆνος. Ἔχει δὲ ἄρα τὸ ἔλαιον ἰσχυρὴν ἐκείνην, ὅτινα ἂν ξύλων σωρὸν καταποῆσαι τε καὶ εἰς ἀνθρακίαν στορέσαι διελήσεις, κοτύλην ἐπιχέας τοῦδε, ἐξάψεις, μὴ πρότερον ἐπιχέας πυρὸς σπέρμα· εἰ δὲ καταποῆσαι ἄνθρωπον, ἢ ζῶον, σὺ μὲν ἐπιχεῖς, τὸ δὲ παραχοῆμα ἐνεποῆσθη. Τούτῳ τοῖ φρασι τὸν <sup>s)</sup> Ἰνδῶν βασιλέα καὶ τὰς πόλεις αἰρεῖν, τὰς εἰς ἔχθραν προσελθούσας οἱ, καὶ μῆτε κριούς, μῆτε χελώ-

ficiunt, et triginta dies appensum ad solem siccant, atque ex eo in fictilia vasa crassum oleum stillat. Singuli vermes quinque olei sextarios reddunt, quod quidem ipsum regi Indorum apportant, vasis obsignatis; neque enim alii cuiquam vel guttam illius possidere licet. Corpus reliquum inutile. Huius ea est vis olei, ut sine ullo igne eius infusa hemina quemcunque lignorum acervum comburat; ac si vel hominem vel aliud animal exurere, primum ut hoc infuderis, funditus statim deflagaverit. Eodem ipso Indorum regem aiunt capere hostium urbes, neque arietes, testudines, aliaque bellica

r) *Ctesias* [Indic. c. 11.] Ἀπτικὰς addit. Quod vero oleum exstillans vasibus fictilibus excipi ait *Aelianus*, in eo contra dicit *Philostratus* l. c. καὶ στέγει αὐτὸ πλὴν ἑλοῦ οὐδέν. Tale oleum, quod vasa lignea et fictilia penetrat, hodie ex genere quodam piscium cartilagineorum paratur. *Schneid.*

s) Ita *Mediceus* cum *Ctesia* l. c. Vulgo Περσῶν. *Paw* ad *Philen* Πρασίων emendabat. *Schneid.*



νας, μήτε τὰς ἄλλας <sup>1)</sup> ἐλεπόλεισ ἀναμένειν, ἐπεὶ καταπιμπρὰς ἤρηνεν· ἀγγεῖα γὰρ κεραμεῖα, ὅσον κοτύλην ἕκαστον χωροῦντα, ἐμπλήσας <sup>2)</sup> αὐτοῦ, καὶ ἀποφορέξας, ἀνωθεν εἰς τὰς πύλας σφενδονᾶ· ὅταν τε τύχη θυρίδων, τὰ μὲν ἀγγεῖα προσαράττεται καὶ ἀπερῶσθη, καὶ τὸ ἔλαιον κατώλισθε, καὶ τῶν θυρῶν πῦρ κατεχύθη, καὶ ἄσβεστόν ἐστι, καὶ ὄπλα δὲ καίει καὶ ἀνθρώπους μαχομένους, καὶ ἀπληστόν ἐστι τὴν ἰσχύν. Κοιμίζεται δὲ καὶ ἀφανίζεται πολλῶ <sup>3)</sup> φορῶν καταχθέντι. Λέγει ὁ Κνίδιος Κτησίας ταῦτα.

XXXVIII. Παρὰ τῷ Ἀντιγόνῳ, ἱστορ. παραδ.  
συναγ. ἱστορ. ρξε'.

Περὶ δὲ λιμνῶν Κτησίαν μὲν ἱστορεῖν <sup>4)</sup> λέ-

tormenta ad eas capiendas opus esse; nam cum fictilia vasa unius heminae capacia eo impleta, et obstructa, in portas iaculatur, vasa quidem ad portas allisa rumpuntur; at oleum delapsum ignem circumfundit, ut restingui non possit, et flamma insaturabilis comburit homines pugnantibus pariter cum armis. Restinguitur autem multa inutili congerie, qualis per terram et vicus converritur, in eum iniecta. Haec Ctesias Cnidius narrat.

XXXVIII. Apud Antigonum mirabil. narrat. cong.  
hist. CLXV.

De paludibus [lacubus] Ctesiam narrare,

1) Videtur omnes bellicas machinas intelligere. De singulari aliqua machina hoc nomine laudat Gronovius locum *Ammiani Marcellini* XXIII. 4. *Schneid.* cf. *Brisson.* de regn. Pers. III, XCIV. p. 777 sq.

2) Ita Codex alt. Gesneri et Mediceus pro αὐτά.

3) Ctesias l. c. πηλῶ πολλῶ τε καὶ παχεῖ.

4) Pro λέγεται scribendum esse λέγει, nempe *Callimachus*, admonuit Bentl. apud Beckman.

γεται, <sup>ε)</sup> τῶν ἐν Ἰνδοῖς λιμνῶν, τὴν μὲν τὰ εἰς αὐτὴν ἀφιέμενα <sup>γ)</sup> καταδέχεσθαι, καθάπερ τὴν ἐν Σικελίᾳ καὶ Μήδοις, πλὴν χρυσίον, καὶ σίδηρον, καὶ χαλκόν· καὶ ἂν τι ἐμπέσῃ πλάγιον, ὀρθὸν ἐκβάλλειν· ἰᾶσθαι δὲ τὴν καλουμένην λεύκη· τῇ δ' ἑτέρα κατὰ τὰς ἰδιαζούσας ἡμέρας ἐπιπολάζειν ἔλαιον <sup>ε)</sup>.

XXXIX. Ἐκ τῶν Σωτῆρος τῶν σποράδην περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν καὶ λιμνῶν παραδοξολογουμένων.

Κρήνη ἐν Ἰνδοῖς, ἣ τοὺς κολυμβῶντας ἐπὶ τὴν γῆν ἐκβάλλει ὡς ἀπ' ὄργανου, ὡς ἱστορεῖ Κτησίας.

esse in India paludes, unam, quae iniecta omnia demittat [sustineat]: sicut et quae in Sicilia et Media, demitto auro, aere et ferro. Et si quid obliquum incidat, rectum eiici [eiicere]: mederi autem vitiligini albae; aliam, in qua statis diebus oleum supernatet.

XXXIX. E Sotione ex iis quae passim de fluviis, fontibus et lacubus mirabilia referuntur.

Fons est apud Indos, qui natantes in terram eiaculatur quasi ab instrumento: ut narrat Ctesias.

x) Forte id tradidit idem Callimachus Cyrenaens, si fallor, e cuius παραδόξων ἐκλογῇ et mox sequens fragmentum Antigonus decerpit. Gron.

γ) A. Schott. Notis ad Excerpt. Ind. c. 30. ubi haec quoque habes, emendat inde hic μὴ καταδ. Gron. cf. Holsten. ad Stephan. Byz. sub v. Τέως p. 321, b. qui mox εἰδιαζούσας ex Ctesia scribi iubet. De re v. nos laudavit Beckman.

ε) Supra, puto, Excerpt. Ind. c. 11. Gron.

**XL.** Παρὰ τῷ Στράβωνι ἐν τῷ 15'. γεωγραφ.

Κτησίαν δὲ τὸν Κνίδιον πηγὴν ἱστορεῖν ἐκδοῦσαν εἰς τὴν θάλατταν ἔρουθες, καὶ μιλιῶδες ὕδωρ <sup>a)</sup>.

**XLI.** Παρὰ τῷ Ἀντιγόνῳ ἱστορ. παραδ. ρξ'.

Κτησίαν δὲ (λέγει), τὴν ἐν Αἰθιοπία τὸ μὲν ὕδωρ ἔχειν ἔρουθρον, ὡσανεὶ κιννάβαρι· τοὺς δ' ἀπ' αὐτῆς πίνοντας, παράφρονας γίνεσθαι <sup>b)</sup>.

**XLII.** Πάλιν ἐκ τῶν Σωτίωνος.

Κτησίας δὲ ἐν Αἰθιοπία κρήνην ἱστορεῖ τῷ χρώματι κιννάβαρι παραπλησίαν· τοὺς δὲ πίνοντας ἀπ'

**XL.** Apud Strabonem lib. XVI. rerum geograph.  
[c. 4. V. 3. p. 402. ed. ster.]

Ctesiam vero Cnidium observasse, fontem quendam esse, qui aquam rubicundam, ac minio plenam in mare emittat.

**XLI.** Apud Antigonum mirabil. narrat. CLX.

Ctesiam scribere, in Aethiopia fontem aquam habere instar cinnabaris rubentem, quae pota vaecordes reddat.

**XLII.** Ex eiusdem Sotionis.

Ctesias narrat in Aethiopia fontem esse, colore cinnabari similem. bibentes vero ex eo

<sup>a)</sup> Ex Artemidoro de mari rubro tradit haec Strabo. Gron. cf. Gosselin, *Géographie des Anciens*, V. 2. p. 79. Reland. Dissert. de mari Rubro, inter Dissert. Miscell. P. 1. Diss. II.

<sup>b)</sup> Forte pertinere ad c. 14. Indic. excerpt. coniectat ibi A. Schottus. Idem etiam Philonem tradere Aethiopicarum rerum conditorem, addit Antigon. l. l.

αὐτῆς, παραλλάττειν τὴν διάνοιαν, ὥστε καὶ τὰ κρυφίως πεπραγμένα ὁμολογεῖν.

mente alienari, adeo ut quae clam perpetrarint eloquantur.

XLIII. Plinius lib. XXXI. c. 2. [5. V. 5. p. 91.

ed. Bipont.]

Sed ibi in potando necessarius modus, ne lymphatos agat, quod in Aethiopia accidere his, qui c) e fonte rubro biberint, Ctesias scribit.

XLIV. Idem ibidem. [c. 18. V. 5. p. 94.]

Ctesias tradit, d) Siden vocari stagnum in Indis, in quo nihil innatet, omnia mergantur.

c) V. quos laudaverunt Harduin. V. 4. p. 779. et Beckman. l. 1. p. 206 sq. Senec. Nat. Quaestt. 3, 20. Isidor. Orig. 13, 13. Ovid. Metam. 15, 319 sqq. [et 4, 285 sqq. ibique Gierig.]

d) Haud scio, an *Siden* permutatis literis  $\Lambda$  et  $\Delta$  natum sit ex nomine fontis *Σίλλα* s. *Σιλία*. *Wesseling.* ad Diodor. 2, 37, fin. p. 151. annot. 95. *Arrian.* Indic. c. 6. Apud Antigon. etiam Hist. Mirab. c. 161. [v. intpp. ad Antigon. p. 206. ed. Beckman.] leg. *Σίλαν* una duntaxat adiancta litera. *Idem.* Strab. 15, 1. V. 3. p. 277. ed. stereot. ex Megasthene tradit: ἐν δὲ τῇ ὀρεινῇ (Ἰνδία) Σιλίαν ποταμὸν εἶναι, ᾧ μηδὲν ἐπιπλεῖ, Δημόκριτον μὲν οὖν ἀπιστεῖν, -- καὶ Ἀριστοτέλης δὲ ἀπιστεῖ κ. τ. λ. Antigon. l. 1.: τὴν δὲ ἐν τοῖς Ἰνδικοῖς κρήνην ἔλαν (al. Σίδαν vel Σίλαν) οὐδέ γε κορυφώτατα τῶν βληθέντων ἔαν ἐπιπλεῖν, (ita ibi Ruhnken.) ἀλλὰ πάντα καθέλκειν κ. τ. λ. *Reland.* de vet. ling. Ind. l. 1. p. 228. a Persico v. *Sid*, quod *Lurum* significat, ducendum hoc v. suspicatur; nomen tali stagno convenientissimum esse, quod omnia lupi instar intra se rapiat et demergat.

XLV. Idem lib. VII. c. 2. [V. 2. p. 9.]

In multis autem montibus (Indiae) genus hominum capitibus caninis, ferarum pellibus velari, pro voce latratum edere, unguibus armatum venatu et aucupio vesci. Horum supra centum viginti millia <sup>e)</sup> fuisse <sup>f)</sup> prodente se Ctesias scribit: et in quadam gente Indiae, feminas semel in vita parere, genitosque confestim canescere. <sup>g)</sup> Item hominum genus, qui <sup>h)</sup> Monosci vocarentur, singulis cruribus, mirae pernicitatis ad saltum: eosdemque <sup>i)</sup> Sciopodas vocari, quod in maiori aestu humi iacentes resupini, umbra se pedum protegant: non longe eos a Troglodytis abesse. Rursusque ab his occidentem versus, quosdam <sup>k)</sup> sine cervice, oculos in humeris habentes <sup>l)</sup>.

e) Excerpt. Ind. c. 20. Augustin. de civ. 16, 8.

f) I. e. eo tempore, quo Ctesias haec scribebat.

g) Ibid. c. 31.

h) Al. *Monocoli*, ab unico crure, *κόλον*; et sic plurimi codd. v. Harduin. V. 2. p. 111.

i) Al. *Sciapodas*, ut habent Tzetz. Suid. alii. V. infra Ctesiae fragmentum apud Harpocratonem.

k) Fuisse fortasse homines, qui brevibus collis et altis humeris instructi fuerint, suspicatus est Gesner. in Chrestom. Pliniana p. 102. ed. IV.

l) Cf. de his Weyrauch. l. l. p. 409 sq. In annotatione certe apponendus est locus *Solini* Polyhistoris, qui Plinium excerpsit (c. LII, 28. p. 183. ed. Grasser. a. 1605.): Apud *Ctesiam* legitur, quasdam feminas ibi semel parere, natosque canos illico fieri. Esse rursus gentem alteram, quae in iuventa cana sit, nigrescat in senectute, ultra aevi nostri terminos perennantem. Legimus monocolos quoque ibi nasci singulis cruribus, et singulari pernicitate: qui ubi defendi se velint a

## XLVI. Ibidem. [V. 2. p. 11.]

Ctesias gentem ex his, quae appellatur Pandore, in convallibus sitam, annos ducenos vivere, in iuventa candido capillo, qui in senectute nigrescat. <sup>m)</sup> Contra alios, quadragenos non excedere annos, iunctos Macrobiis, quorum feminae semel pariant: idque et Agatharchides tradit. Praeterea locustis eos ali, et esse pernices. [Mandorum nomen iis dedit Clitarchus, et Megasthenes trecentos eorum vicos annumerat. Feminas septimo aetatis anno parere, senectam quadragesimo anno accidere.]

## XLVII. Idem lib. XXXVII. c. 2. [11, 1. V. 5. p. 401.]

Ctesias Indis flumen esse Hypobarum, quo vocabulo significetur, omnia <sup>n)</sup> in se ferre bona: fluere a septentrione in exortivum Oceanum iuxta montem sylvestrem arboribus electrum ferentibus. Arbores eas <sup>o)</sup> aphytacoras vocari, qua appellatione significetur praedulcis suavitas.

## XLVIII. Λουκιανὸς ἐν τῷ α'. ἀληθοῦς ἱστορίας λόγῳ.

Κτησίᾱς ὁ Κτησιόχου, ὁ Κνίδιος, συνέγρα-

## XLVIII. Lucianus lib. I. verae historiae. [§. 3. V. 4. p. 220. ed. Bipont.]

Ctesias, Ctesiochi filius, Cnidius, conscripsit de Indorum regione, deque iis quae apud

---

calore, resupinati plantarum suarum magnitudine inumbrentur.

<sup>m)</sup> Excerpt. Ind. c. 31.

<sup>n)</sup> Vulg. vasa. v. ad Indic. Exc. c. 19.

<sup>o)</sup> Al. *siptachoras*.

ψε περὶ τῆς Ἰνδῶν χώρας, καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς, ἃ μῆτε αὐτὸς εἶδε, μῆτε ἄλλου εἰπόντος p) ἤκουσεν.

XLIX. Στράβων ἐν τῷ α'. γεωγρ.

Θεόπομπος δὲ ἐξομολογεῖται φήσας, ὅτι καὶ μύθους ἐν ταῖς ἱστορίαις ἐρεῖ κρεῖττον, ἢ ὡς Ἡρόδοτος, καὶ Κτησίαιος, καὶ Ἑλλάνικος, καὶ οἱ τὰ Ἰνδικὰ q) συγγράψαντες.

L. Ἰωάννης ὁ Τζέτζης χιλ. ζ'. στίχ. χλη'.

Ὁ Σκύλαξ οὗτος γράφει δὲ καὶ ἕτερα μυρία. Περὶ γε μονοφθάλμων τε, καὶ τῶν r) ἐνωτικόντων,

illos sunt, ea quae nec ipse vidit, nec ex ullius sermone audivit.

XLIX. Strabo lib. I. geograph. [c. 2. p. 68. ed. stereot.]

Theopompus quidem diserte profitetur se in historia fabulas narraturum rectius quam fecerint Herodotus, Ctesias, Hellanicus, et Indicarum rerum scriptores.

L. Ioannes Tzetzes Chil. VII. v. 638.

Scylax iste (Caryandeus) scribit et alia innumera,

De Monophthalmis, atque Henotictontis,

p) Al. ἀληθεύοντος. v. Iens. ad Lucian. l. l. p. 545.

q) Ut Daimachus, Megasthenes, Onesicritus, Nearchus, alii. De Theopompo v. Fabric. Bibl. Gr. V. 2. p. 801 sqq. ed. Harles.

r) Monstra hominum monstrose in mendo cubant; atque in auribus debebant. emenda itaque metum ἐνωτοκοίτων (nisi ἐνωτοκοί τῶν rectius) et *Enotocoetis* in versione. Strabo l. XIII. ἐνωτοκοίτας δὲ ποδήρη τὰ

Καὶ ἐκτραπέλων ἄλλων δὲ μυρίων θεαμάτων.  
 Ταῦτά φησι δ' ὡς ἀληθῆ, μηδὲ τῶν ἐψευσμένων.  
 Ἐγὼ τῇ ἀπειρίᾳ δὲ, ταῦτα ψευδῆ νομίζω.  
 Ὅτι δ' εἰσὶ τῶν ἀληθῶν, ἄλλοι φασὶ μύριοι,  
 Τοιαῦτα, καὶ καινότερα, θεάσασθαι ἐν βίῳ.  
 Κτησίᾳς, καὶ Ἰάμβουλος, Ἡσίγονος, Ῥηγίνος κ. τ. λ.

LI. [Παρά τῷ Αἰνεΐᾳ Γαζαίῳ, ἐν Θεοφράστῳ \*).

Ταύτης τῆς ἀλαζονείας ὕστερον Ἀπολλώνιος ὁ  
 Καππαδόκης ἐραστὴς γενόμενος πρὸς τοὺς Ἕλληνας  
 ἐμυθολόγει περὶ τῶν ἐν Ἰνδοῖς †) σοφῶν, ὡς ἴσασιν  
 οἱ τινὲς ποτε γέγονασιν, εἰς μάρτυρας ἔξω τῆς οἴκου-

Et facietis aliis quoque compluribus spectris.  
 Haec refert autem ut vera neque ut falsa.  
 Ego autem per inexperientiam haec falsa opi-  
 nor.

Quod autem sint vera, alii dicunt innumerī,  
 Talia, atque absurdiora spectari in vita:  
 Ctesias, et Iambulus, Hesygonus, Rheginus  
 etc.

LI. [Apud Aenean Gazaenum in Theophrasto,  
 sive de immortal. Dialogo p. 23. ed. Barth. Interpr.  
 Casp. Barthio.

Paris impudentiae amator Apollonius ille  
 Cappadox. de Indis sapientibus Graeciae prae-  
 dicabat, et hos meminisse, qui vixerint ante,  
 ad testes nimirum ex alio petitos orbe confu-

---

ὄτα ἔχοντας, ὡς ἐγκαθεύδειν. κ. τ. λ. ubi statim et  
 μονομάτους subiicit. Gron.

s) Fragmentum hoc adhuc latine tantum ex Am-  
 brosii, quam statim vides, interpretatione lectum est.

t) Cf. Philostrat. 3, 6. 7.



μένης καταφύγων· ἀλλ' ὁμῶς ἐλέγχεται. Οὔτε γὰρ Κτησίας, πολλὰ καὶ μυθώδη περὶ τῶν Ἰνδῶν συντιθεὶς, οὐδαμοῦ τοῦτο μυθολογεῖ· οὔτε Ἀρριανὸς ἐπὶ τὸ ἀληθέστερον μᾶλλον ἢ μυθωδέστερον συγγράφων τοῦ δόγματος ἐμνήσθη· καὶ τοὶ τῆν τῶν Βραχμάνων πρὸς Ἀλέξανδρον συνουσίαν ἐκδιδάσκων.]

giens: sed qui sic quoque mendacii convincatur. Neque enim vel Ctesias, multa et fabulosa super Indorum rebus scribens, huius commenti meminit; neque Arrianus, veritatis prae fabulis scriptor observantissimus, dogma hoc celebrat, licet cum Alexandro Brachmanum congressum notaverit.]

LII. Aeneas Platonius in Theophrasto, [s. de Immortalit. animi Dialog.] interprete Ambrosio Camalduensi.

Huius vanitatis imitator Apollonius ille Cappadox postea fuit, dum de his, qui apud rudes sapientes erant, fabellas huiusmodi texeret, Graecisque referret, quod illi scilicet nossent, quinam aliquando fuissent. Bene sane naviter ad eos testes confugit, qui extra orbem sunt. Sic tamen et ipse mendax convincitur. Nam neque Ctesias, qui de Indis plurima ac fabulosa conscripsit, usquam has fabulas intexit, neque Arrianus, qui Alexandri historiam verius quam fabulosius scribit, ullam huius dogmatis mentionem facit, cum Brachmanum et Alexandri congressionem diligenter exsequatur <sup>u)</sup>.

<sup>u)</sup> Haec descripta ex Aenea accepimus a viro nob. et cl. M. Goldasto. Gron.

LIII. *Gellius* lib. IX. Noct. Attic. c. 4.

[p. 432. ed. Gronov.]

Quum e Graecia in Italiam rediremus, et Brundisium iremus, egressique e navi in terram in portu illo incluto spatiaremur, quem Q. Ennius remotiore paulum, sed admodum scito vocabulo praepetem appellavit; fasces librorum venalium expositos vidimus. Atque ego avide statim pergo ad libros. Erant autem isti omnes libri Graeci miraculorum fabularumque pleni: res inauditae, incredulae; scriptores veteres non parvae auctoritatis, <sup>v)</sup> Aristeas Proconnesius et Isigonus Nicaeensis et Ctesias et Onesicritus et Polystephanus et Hegesias. Ipsa autem volumina ex diutino situ squallebant, et habitu adspectuque taetro erant. Accessi tamen, percunctatusque pretium sum: et, adductus mira atque insperata vilitate, libros plurimos aere paucio emo, eosque omnes duabus proximis noctibus cursim transeo: atque in legendo carpsi exinde quaedam et notavi mirabilia et scriptoribus fere nostris intentata; eaque his commentariis adpersi: ut, qui eos lectitabit, is ne rudis omnino et ἀνήκοος (auditus expers) inter istiusmodi rerum auditiones reperiatur.

[Iam Gellius nonnulla de Scythis tradit, Arimaspiis, Sauromatis, aliis, quae plurima Plinius etiam dedit in Hist. Nat. Ad Ctesiae Indica spectare videntur, quae iam ex Gellio subiiciuntur:] Item esse in montibus terrae Indiae homines caninis capitibus et latrantibus; eosque vesci avium et ferarum venatibus: atque esse item alia apud ultimas orientis terras mi-

---

v) De his scriptoribus v. quaedam apud Gronovium, plura passim in Fabricii Bibl. Graec. ed. Harles.

racula homines, qui <sup>w)</sup> monocoli appellantur, singulis cruribus saltuatim currentes, vivacissimae pernicitatis: quosdam etiam esse nullis cervicibus, oculos in humeris habentes. Iam vero egreditur omnem modum admirationis, quod iidem illi scriptores gentem esse aiunt, apud extrema Indiae, corporibus hirtis et avium ritu plumantibus, nullo cibatu vescentem, sed <sup>x)</sup> spiritu florum naribus hausto victitantem: Pygmaeos quoque haud longe ab his nasci; quorum qui longissimi sint, non longiores esse quam pedes duo et quadrantem. Haec atque alia istiusmodi plura legimus. Sed, quum ea scriberemus, tenuit nos non idoneae scripturae taedium nihil ad ornandum iuvandumque usum vitae pertinentis.

LIV. [*Servius Honoratus* ad Virgilii Aeneida I. v. 653.

Acantho, i. e. flexibili virgulto, in cuius imitationem arte vestis ornatur et conficitur. Varro ita refert: Ctesias ait in India esse arbores, quae lanam ferant <sup>γ)</sup>].

<sup>w)</sup> Alii aliter. v. ap. Gronov. p. 435. Monocoli habent etiam antiqui Mss. Plinii. v. Turneb. Advers. 24, 42. Monosceli sermo Graecus non patitur, quippe qui *μονοσκελεῖς* efflagitat.

<sup>x)</sup> Hunc spiritum florum, naribus haustum, *Tabacum* indicare suspicatus est Weyrauch. l. l. p. 411 sqq.

<sup>γ)</sup> Fragmentum in Ctesiae editionibus adhuc non comparuit, nec video inter Varronis fragmenta, quod ex eo Servius sumsit.

## EXCURSUS

## AD CTESIAE INDICA.

Quae in Ctesiae fragmentis ad Indicum sermonem spectantia servata sunt, ea ex Persica lingua quodammodo explicari posse intellexit iam Relandus, qui eorum explicandorum periculum fecit. (V. Reland. Dissertatt. Miscell. P. I. Diss. VI.) Relandi explicationes quum non omni ex parte satisfacere viderentur, verba, quo ordine in Ctesiae Excerptis Indicis leguntur, denuo explicuit Tychsenius, V. Celeber. Eques etc. (V. Ephemeridd. litt. Gottingg. a. 1796. p. 1597 sq. Heeren. Ideen, V. I. P. I. Additam. II.)

1.) Ctesias (Indic. §. 2.) de lapide Pantarba, nulla adiuncta verbi translatione retulit. Ex descriptione, quale verbum Persicum intelligendum sit, non probabiliter extrices. Pendar (بندار) significat firmum, stabile. Si litera  $\bar{s}$  genitivum graecum indicat, de Pa (پاي) aqua fluente cogites licet; itaque significet: Firmus in aqua profluente; sive fortasse (بند در پاي) bend der pa, coniunctio in aqua; quae tamen explicatio V. D.

artificiosior visa est, quam ut ipsi satisfaceret; Relandus vocabulum neglexit.

2. Psittaci, (*βιττακος*, §. 3.) nomen Relandus (de Ophir. p. 184.) confert cum v. Persico (*تدك*) Tedeḳ, quod nunc Psittacum indicat; inde *τίδακος*, *τίδακος*, *σίτακος*, postremo *ψιττακος* ortum esse; Ctesiam legisse (*بدك*) *βιττακος*.

3. Martichora (Ind. §. 6 sq.) prorsus ex sermone Persico explicari potest. *Μαρτιχώραν* graece dici *άνθρωποφάγον* dicit, quod omnino est Persicum *مرد خور*, a *مرد*, Mard, homo et *خوردن* chorden, edere, consumere. Chor, is qui edit, est forma contracta Participiū Chordeh, quae adhuc exstat. Audacem bellatorem Persae Merdem chor anthropophagum vocant. Merdem ea est forma, quae nunc in usu est, quia mard, merd sensu nobiliori de heroibus, militibus dicitur. — In hac comparatione α exitus est graecus. Sin ad v. Persicum ipsum pertinet, Participium (*مردخورا*) Martichora, conferre licet; quod Relandus (p. 223.) fecit.

4. *Γρύψ* (§. 12.) facile ex Pers. derivari potest. *گرفتني* Geriften est contingere, (greifen.) Exitum si omiseris, remanet *گرف*, Gerif; quod et sono et significatione est *γρύψ*, Greif. Nunc Gryps Persica lingua est Simurg (triginta aves) s. Sirenk, (triginta colores) i. e. magnus, varius, (diversicolor); quae tamen verba epitheta sunt.

5. Avis *δικαιρος* significat *δικαιος*, iustus (§. 17.) Di (دي) est bonum, (das Gute, das gute Prinzip) et (كار) kar, a *kerden*, (کردن) faciens; hinc fit: *beneficus*. Nomen fortasse inde ortum est, quod haec avis excrementa mortifera terra ingesta occultare dicitur. Relandus (p. 221.) v. Indicum esse recte fortasse putabat. Persicum *Dilmek* (ديلمك) nimis recedit, et araneam venenosam significat.

6. *Πάρηβος* arbor, (apud Apollonium *πάρηβος*,) conferri potest cum *bar*, بار pondus, onus et آور, aver, ferens, trahens ab *averden* (اوردن). *Bar aver* igitur foret: onus trahens. Caeterum sonus differt, nec vis vocabuli *πάρηβος* indicata est. Relandus hoc v. neglexit.

7. Fluvius est *ὑπαρχος*, i. e. *φέρων πάντα τὰ ἀγαθὰ*, omnia bona ferens. (§. 19.) Compara آور, aver, ferens, ducens ab اوردن et خوش chusch, bonus; itaque *aver chusch*, bonum ferens. Proprie *ἄβαρχος* s. *ὑβαρχος* dicendum erat, si vox illa Persica exprimenda erat. Sed a Graecis externos sonos, quos raro vere excipiunt, saepe ex Graeca derivatione, s. similitudine exprimi constat, ut *ιεροσόλυμα* pro: Jerusalem, *ιεράμαξ* pro Jarmuch dicunt. — Conferre etiam possis: *berchusch*, *berchusch*, bonus, ita ut *v̄ anacrusis* (ut hoc v. utar) (ein Vorschlag) sit; sed *φέρων* hoc modo non expressum est. Relandus (p. 46.) comparat (او برخ) *Av perch* ab *Av*, aqua, et *perch*, utilitas, commodum; igitur: aqua utilissima.

8. *Σιπαχόρα* (§. 19.) significat *γλυκὺ, ἡδὺν*, dulce, quod videtur esse (*شيفته خور*) *Schifteh-chor*, i. e. iucundum esse, quod significationi, quae indicata est, prorsus convenit. *Schifteh*, (a *شيفتن* amore captum esse) suo sensu est: amore captus; dein is cuius amore capi potes, amabilis. Hinc *Schifteh-renk* (*شيفته رنك*) est prunum Armeniacum, proprie dulcis, gratus colore. *خور* seu *خوردن* *Chor*, *Chord* est esus, victus, cibus. Relandus alteram lectionem *σιπαχόρα* secutus verbum ducit a *صفا* *Sapha*, gratum, delectabile et *خوردن* *Chourden*, edere. Sed *Sapha* arabicae est originis; atque in Ctesia sermonem arabicum in auxilium vocare non licet. Lectionem *σιπαχόρα* corrupta apud Plinium lectio a *phyta coras* firmat.

9. *Cynocephali*, *Καλύστριοι, κννοκέφαλοι*. (§. 20.) Si ponere liceat, sonum *Indicae* vocis non accuratissime expressum, et translationem graecam non ad literas factam esse, conferre possis *كلك*, *Keluc*, *Kelec*, lupus, et *سر*, *Ser*, caput; hinc fit *كلل-سر*, *Keluc ser*, lupinum caput; quod graece proprie *Καλυκείριος* et plurali numero *Καλυκείριοι* dicendum erat; at celeriter voce prolatum a Graeco homine *καλυκορ* audiri potuit, unde *Καλύστριοι* orti sunt. Sono propius est v. *كال-وست-ريسن*, *Kalusterin*, a *Kalus*, stupidus, igitur: stupidissimi. Quamquam vero hoc nomen descriptioni *Cynocephalorum* non male convenit, a translatione tamen *Ctesiae* nimis recedit. — Relandus (p. 213)

comparat (كله شکاری) Calla Schicâri, caput caninum; Ctesiam *καλιόκαροι* scripsisse, unde scribae *καλύστριοι* fecerint; ipse tamen dubitat, et شکاری suo sensu esse canem venaticum (a شکردن Schekerden) recte observat; accedit quod كله verticem potius quam caput significat.

10. Monoceros. (§. 25.) Si quidem monoceros, cervi s. equi similis, quod nunc credunt, exstat, in Africa reperiatur necesse est, quod inde a Barthema usque ad Barowium omnes testantur. Animal vero, quod ex mente Persarum a Ctesia describitur et in ruinis urbis Tschilminar reperitur, ex Rhinocerote Asiatico originem trahere videtur. Huc quadrant 1) quae a Ctesia describuntur robur et ferocitas; (§. 26. cf. Bruce, V. 5. p. 11. transl. german.) 2) quod initio lente progreditur, paullatim celerius; (§. 25. cf. Bruce p. 105.) 3) quod carne eius vesci non licet. (§. 26.) Cervina s. equina caro amara esse nequit, quod Ctesias dicit. (§. 26.) 4) Cornu, veneno resistens inprimis rhinocerotem designat. Idem de rhinocerotis cornu in Asia credunt, atque vasa bibendi inde conficiunt. Quod de colore cornu tradit Ctesias, in cornu rhinocerotis etiam quadrat; (cf. Bruce p. 100.) Ctesiam cornu vasi bibendi inserviens, in quo arte atque deleto exteriori tegumento coloris varietas exstitit, describere, verisimile est; quod Manuelis Philes loco, (de propriet. animal. c. 37.) confirmatur; qui locus de Onagro Indico agit eiusque cornu, et quem ex Ctesia haustum



esse, est manifestum. Quaerit scriptor ex rege Indico, quale poculum ipsius sit: *Τὶ δὴ ποτὶ ἐστὶν ὁ κρατὴρ ἐξ οὗ πίνεις; (καὶ γὰρ διαυγῆς καὶ προμήκης εὐρέθῃ, καὶ τρεῖς ἔχει ζωστήρας ὡς λίθου φλέβας) λευκόν τε μέλανά τε καὶ τὸ χρώμα πορφύροον.* Respondet rex: esse cornu onagri. Asini forma et equi magnitudo, quam Ctesias monoceroti tribuit, rhinoceroti etiam tribuitur. In ruinis urbis Tschilminar procerior et equo similior effictus est, quod quidem artificis arbitrio factum videtur, in quo fidem non exspectes. — Praeterea rhinocerota etiam, sicut Ctesias de asino suo tradit, felle satis magno instructum esse, scriptorem docuit Blumenbachius, V. Cl. Ctesias propterea rem istam narravit, quod monocerota in Solidungulorum classem refert, quae felle carent. Quod de astragalis dicit Ctesias, in rhinocerota etiam quadrat, qui quidem astragalis (Knöchelbeine) instructus est. Ceterum solidungula, sicut bisulca, astragalo non carent; atque rhinocerotis astragalus nulla re insignis est. Ctesias fortasse os pictum vidit, cuius ruborem ei natura inesse putavit. Haec ossa in usum quendam conquisita, et arte, sicut cornu, eorum pretium auctum esse videtur.

Sed color in utroque animali, monocerote et rhinocerote, diversus est; sed colores in Ctesia noli urgere; ex pictura fortasse colores animalium mythicorum tradidit. Ungula vero etiam crassa et cornu in fronte caret rhinoceros; sed Persis ex narrationibus animal illud cognitum erat, unde factum est, ut ista aliaque fingerentur ab ipsis Arabibus et Marco Polo (lib. III, 15.)

Quae hactenus disputata sunt, Indico, vel potius Persico, nomine, quod servavit Aelianus, (de Nat. Anim. XVI, 20.) confirmantur. *Λέγεται δὲ καὶ, inquit, ζῶον ἐν τούτοις (Ἰνδοῖς) εἶναι κοινόκερων, καὶ ἀπ' αὐτῶν ὀνομάζεσθαι καρτάζωνον.* Rhinocerotum Indicum innui ex iis quae sequuntur apparet. Bochartus (Hieroz. I. p. 934.)

*καρτάζωνον* legi vult, ut conveniat cum: *کرکدن, کرکندن* Kerkeddan, Kerkendan; propior sit forma *کرکدان* quam non adducit. Sed quum vox ista bis legitur, mutatio audacior esse videtur, et exitus *دن, دان* Den, Dan a *ζωνος* nimis recedit, quum *د* litera *τ* a Graecis exprimi soleat. Quid si *καρτάζωνος* ex *كرك* Kerk, quod est nomen vetus Persicum rhinocerotis, et ex *تازان* (Tazân) currens, velox, irruens compositum fingamus? Tazan (a longum in Persico sermone interdum ut *ω* sonat) est participium verbi *تازیدن* currere, invadere; esset igitur rhinoceros, s. fera velox, quod nomen optime animali convenit. In ruinis quas supra dixi, in introitu domus regiae, robur et celeritatem, ut martichora sapientiam et fortitudinem indicare videtur \*).

Alati monocerotis nomen incommodum videtur. (Niebuhr. T. XXV. cf. etiam De Bruyn.

---

\*) Propria significatio v. Kerk non amplius exstat; significat etiam caprae genus, rubicundis capillis; aquilae genus, avem magnam, quae elephantem tollit, (Ruch fabulosum) hylactorem; fortasse omnino beluam, feram.

T. 158.) Ubique animal istud capite leonino et forma gryphis differt a monocerote; singulare est monstrum, cui artifex caput leonis, cornu monocerotis et corpus gryphis tribuit; gryphem capite leonino instructum voces licet.

11. *Κάρπιον*, (§. 28.) *μυρορόδα*, arbor. Vox ex *ك* *Kâr*, faciens, et *بوي* *bui*, odor suavis composita videtur. *Karbui* suave olens, graecam vocem, *μυρορόδα*, sensum si spectas, prorsus exprimit. *Kar*, particip. v. *Kerden*, multa efficit composita verba, et nonnumquam verbo praemittitur, plurimum postponitur. Sic *Kar sâz* *كار سائر* faciens concordiam. *Bui kerdên* *بوي کردن* de odoribus nunc etiam usum habet. — *Relandus* (p. 215.) *cinnamomum*, *قرفة* *Kyrpha*, comparat. In insula *Ceylon* eam arborem vocari *Koredhu*, unde *Kirfa* et *Karpion* factum sit. Sed *Kirfa* proprie arabicum est. *Paullinus* a *S. Bartolomaeo* (in *Dissert. de antiquitate et affinitate linguae Zendicae, Samscredanicae et Germanicae*, p. 49.) in lingua *Samscred.* *cinnamomum* vocari *Caruva* dicit, corticem *Caruvatoli*; illud simile est voci *Karpion*, et idem fortasse verbum est; sed significatio non constat.

12. *Βαλλάδη*, (§. 30.) graece *ὠφελίμη*, utilis, salutaris; fons, s. puteus. *Persicum* est *Velad*, s. *Velà*, *ولاد* s. *ولا* i. e. sublime, forte, potens, olim fortasse excellens. Secundum *Castellum* enim de praecipuo sericae vestis genere usum habet. — *Relandus* (p. 211.) confert *بلاد* *laudatus*; quod utile enim, idem laude dignum esse. Secundum *Paullinum*,

ballam lingua Samscred. est aqua, et Nallada, bonus; quod Indicum foret, sed contractum.

13. Quae §. 32. ex cod. Bavar. leguntur, Ctesiae esse non videntur; sermo est de Aethiopico animali *κροκόττας*, Graece *κινόλυκος*; verbum autem non Aethiopicum est. Descriptio hyaenam indicat, quae Aethiopice Tekula vocatur. Persicum est كرك gurk, lupi nomen et kut كوت pedibus infirmus, quod in hyaenam quadrat, quae elargja العرجا pedibus infirma appellatur.

